



Assertionis, pro tuēda veteri Vul
gata Latina Editione secundūm mentem Concil.
Trid. &c. Pars secunda, Autore fratre Nicolao Ra
mos Guardiano Vallisoletano, & Qualifica
tore causarum sancti officij.



VALLISOLETI.
Exudebat Didacus Fernandez à Corduba.

1577.

Affectionis, pro tuēda veteri Vul
gata Latina Editione secundūm mentem Concil.
Trid. &c. Pars secunda, Autore fratre Nicolao Ra
monio Guardiano Vallisoletano, & Qualifica
tore causarum sancti officij.



VALLISOLETI.
Excudebat Didacus Fernandez à Corduba.

YO Juan Fernandez de Herrera secretario del Consejo de su Magestad, doy fe que auiendo se visto por los señores del vñ libro intitulado la segunda parte de la edicion Vulgata, que con licēcia de los dichos señores hizo imprimir fray Nicolas Ramos, Guardian del monesterio de sant Francisco de Valladolid: le dieron licencia para que pudiesse vender cada volumen de los del dicho libro en papel , a sesenta y nueve maravedis; con que antes y primero que le venda , haga imprimir en la primera hoja del, este testimonio de tasa. Y porq dello conste, di la presente fe: que es fechada en la villa de Madrid, a cinco dias del mes de Julio, de mil y quinientos y setenta y siete años.

Juan Fernandez
de Herrera.

Frater Franciscus Morales Minister Provincialis huius al. me Provincie sancte Mariz de conceptione, reuerendo patri fratri Nicolao Ramos lectori Theologo salutem. Significasti nobis, te, primam & secundam partem pro tua eadem Veteri Vulgata Editione iam absoluisse & defactitate Regij Senatus utrancq; parte mihi prelo mandasse: adid etiam copiam tibi à nobis fieri postulasti, nos vero quisancis & optimis studijs fauere cupimus, ad hoc idem copiam tibi impendimus libenter, in cuius rei testimonium & nomen nostrum subscripti signis & sigilli nostri impressione signauimus. Datis in nostro cōuento Vallisolesano, secunda die mensis Augusti. Anno. 1577.

S. V.

Fr. Franciscus
Morales.
Minister Provincialis.



ON Phelipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon de Aragon, de las dos Sicilias de Ierusalé, de Navarra de Granada, de Toledo de Valencia, de Galizia de Mallorcas, de Seuilla de Cerdeña, de Cordoua de Corcega, de Murcia de Iaen: Conde de Flandes y de Tirol &c. Por quanto por parte de vos fray Nicolas Ramos, Guardian del monasterio de sant Francisco de la villa de Valladolid, nos fue hecha relacion diciendo, q; vos auades compuesto vñ libro intitulado, la segunda parte de la edicio Vulgata: el qual era muy vtil y prouechoso para la religio Chrystiana, del qual haziades presentacion, e nos pedistes suplicas tes, vos mandasemos dar licencia para le poder hazer imprimir, o como la nuestra merced fuese: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia quella pragmatica por nos agora nueuamente fecha dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razó, e nos tuuimos lo por bié. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por esta vez podays hazer imprimir el dicho libro, de que de uso se haze nuncion, sin por ello caer ni encurrir en pena alguna. Y mandamos que despues de impresso no sepueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original, que en el fué visto, que van rubricadas todas las hojas, y firmadas al fin del, de Juan Eruandez de Herrera nuestro escriuano de cámara, de los que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impression esta conforme al dicho original, y se os delicēcia para le poder ver



LLVSTRISI

mo simul & Reuerendissimo
Domino. D. Gaspari Quiroga
Cochesi Episcopo, Generali In-
quisitori, de quæ rebus ad statu
Regie Maiestatis attinentibus prudenti & pre-
claro Cōsiliatio, & iam electo & designato Ar-
chiepiscopo Toletano, & Hispaniarum Prima-
ti, Frater Nicolaus Ramos eius alumnus, salu-
tem precatur eternam.

P A R T E M primam Assertionis nostræ, pro-
tuenda veteri editione, tuę nuncupatam celsi-
tudini euulgati Princeps Illustrissime. Rem qui-
dem difficilem, (nec mirum, virtus enim & ars
circa difficile versantur) doctissimis tamen, &
lectioribus Theologis probatam, & multa cum
laude receptam, vt illorū placita subscripta, quæ
apud me habeo testantur. En submittimus iam
eiusdem Assertionis partem alteram tuæ domi-
nationi, eruditione tua, (quæ maxima est) poli-
dam, & tuo sacro sinu fouendam. Hanc etiā pro-
bant sacræ Theologiæ Choryphæi, viri in sacris li-
teris, nūc & ante annos multos exercitatiissimi,
quorum laudibus vt confundor, ita aliorū detra-
ctionibus non frangor. Hac verò secunda Asser-
tionis parte, quod prima sum pollicit, presto. Si-

¶ 3 gilla.

der, y se tasse el presio a que se ouiere de vender cada vo-
lumen: so pena de caer e incurir en las penas cōtenidas
en la dicha pragmática y leyes de n̄os reynos, y mas de
la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nues-
tra camara.. Dada en la villa de Madrid , a nueue dias
del mes de Março, de mil y quinientos y setēta y siete a-
ños..

D. Episp. Segobiens. El licenciado Ellicenciado
Fuen Mayor. Iuá Thomas.

El licenciado
Contreras. El licenciado don
Lope de Guzmā.

Yo Juan Fernandez de Herrera secretario de camara de
su Magestad la fize escreuir por su mandado, con acuer-
do delos del su consejo.

A S S E R T I O N I S Vulgate hic secundus tomus, continet dō-
ctrinam catholicam & eruditam, & certè ad retinendam do-
ctrinam catholicæ veritatem, in pristina sua puritate maximè néces-
sariam. Iccirco senatus Regius, (ex cuius mandato virumquæ ro-
mum ego vidi,) tuto poterit facultatem concedere, vt excudatur
hic secundus tomus, quemadmodum & prior ex cussus extat. Ita
michi videtur.

Frater Laureñius D.The.
à Villanicentio.

gillatium.n.lokaplurima (ne dicam ferè omnia,) quæ à quibusdā deprauata, aut male versa dicuntur, ego ex assidua lectione, et sāctorū expositiōne, sine lectoris fastidio, & citra cuiusquam iniuria, fidelidiligētia pbo, germanā et genuinā talia loca cōtinere lectionē. Quātos verò in hoc opusculo cūdēdo subierint labores, dies & noctes nō modicas ducendoferē in somnes, nouit altissimus, à quo omne donum optimū dimanat. Persistam, & si oportet vitam insumam, in hoc ope re, quod semel incepi perficiendo. Talis. n. labor gratisimus semper viuis est mihi, vt principijs obtemus, ne (vt alia regna nos docent) sero medicina pareatur, aliq prouincię (vt experientia nos docet) semper in peius profecerūt ex quo semel cęperunt Lutherus, Melanthon, cecolāpadius, Calvinus, Zuinglius, Bucerus, Musterus, & alijs eiusdem pestilencię homines, non solum sensus, sed et sacrorum Bibliorū sacrata verba suo dimo uere loco. Paulatim enī pestis corū, ex hac modica scintilla, vires acquisiuit eundo, nouerimus alieno malo nobis prouidenter sapere. Totus ei go scopus mihi propositus, dū tucor Vulgatā lectionē fuit, hanc consequentiā inualidā ostendere. Originalia Hebrēa et Grēca non sunt vitiata, & nřa trāslatio Latina nō est fideliter versa, ergo pro ciuius emendatione, nunc necessario recurren dum

dum est, ad talia Originalia. Ab hac conseqūentia liberet nos Dñs, vt á Logica August. aliquando liberari petebat Ecclesia. In hac ergo euerten da cōsecutione, versatur quodcūq; vna & altera Assertionis parte, est à nobis descriptū. Sententia ergo et verba eius, quę verē Vulgata trāslatio est, maneant illibata, & illesa, ne incipiat Paulatim Christianę Reip. fides in ruinā abire. Si qua tamē loca verbis aut literis, librariorū in curia sunt de prauata, illa nulla aut rarissima, nec magni momenti cōficiuntur, ita vt propter illa modica & exigua (si qua sunt) non sit facile concedēdus aditus, ad omnia perturbanda. Quemadmodū, qui artem Comuti norunt asseuerat, tēpus anni errorē pati, ex Cōputatione intempestiva die rū, horarū, & minutorū. Ex hoc tamē nihil curat Ecclesia, dies festos, aut profestos, à cōmuni et cōsuetā cōputatione retardare, quia vt verē dicitur, patrū pro nihilo reputatur. Sed quia latē & diffūse, duobus integris nře Assertionis tractatibus, hēc prosequimur, illō transmittimus lectorē, ne Epistola volumen exceedere videatur. Nostrā igitur mentē, & operam, tibi & doctissimis quibusq; nō ingratā, suscipe prēcor presul et Princeps generosissimē, literis & religione cōspicuē, et te sapientē et incolumē seruet omnipotēs virū huic

tempori febricitanti & calamitoso (ut ei mede-
ris) per necessariū humana maiestas digne tuo
merito te donauit prēmio, cum te in Archiepis-
copum Toletanę Ecclesię, & Hispaniarum Pri-
matem designauerit & elegerit, virum non dig-
nitates & honores ambientem, sed virtutem &
veritatem solū curantem. Viat ergo, & lon-
gūm viuat Catholicus p omnia Rex Philippus,
qui animum suum in te iure propensum, &
fidem quam debet Ecclesie, uno facto, generos-
satis indicauit. Gaudet Toletana Ecclesia, tanta
Conciliarum antiquitate laudata, & luctus, Lu-
gubresq; vester exuat viduitatis anteactæ. Exul-
tet ia, quia te inter præstantes, præstantissimum
habet sponsum & Archipastorem. Per multos
annos tuis illa fruatur amplexibus, & tu gen-
erosissime Princeps gregem pasce, & errores (vt
facis) extirpa, vt diuina trium personarum cf-
fentia, celicum te ciuem perenniter constituant,
vt pauperculę meę precationes depositū, & intē-
go atque infatigabili studio efflagitant. Amen.

ASSERTIONIS, VVL gatæ, latinæ, veteris editionis eodem Auctore, Pars secunda.

Gaput. I.



I X I M V S multa in codice
vulgatę editionis ad naufragium
usq; quorundam, nobis tamē
ad sobrietatē locuti videmur:
paucis enim, quę multis erant
dilatanda perstrinxim⁹. Qua-
re premium opere nos facturos arbitramur, si ad
ea, quę perfunctorię in illa Assertione diximus, a-
lia addamus, quibus proposita veritas toti Eccle-
sie magis perspicua fiat, maximē cū nuper nacti
fuerimus copiam cuiusdam libelli, quem Linda-
nus auctor, de optimo scripturas interpretādi ge-
nere, mandauit prelo, & post decretum Concilij
taliter inscripsit & in lucem emissit non timens
vulgatę editionis autoritati in multis detrahente,
aliorum exponens Concilij mentem (nifallor)
de vulgatę authentica autoritate. Ait enim præ-
dictus Lindan⁹ in Epistola dedicatoria, in hoc re-
ferens alios quāti facienda sit Vulgata hęc nřa ver-
sio, non ob dictio[n]is puritatem, sed ob veritatis fi-

A dē.

Assertionis vulgatæ.

dē. &c. Idē Auctor in eiusdē libelli prefatione inquit. Deniq; ne cui omnem linguarum usum substulisse videamur, barbarāq; aliquam in vēnere imperitiā ostēsa triū linguarū notitia Theologie candidatis nūc tēporis per necessaria, viam aggredimur atq; rationem demōstrare, qua ex vulgata versione Latina iuxta decreti Tridētini prēscriptum verus scripturarū sensus solidē iuxta ac pūré hauriri queat: si videlicet sedulō castigata ad suos reuocetur fontes, (vnde nobis manauit) illustranda explenda & perficienda, vt inde clariorē pleniorem, sapidiorem, & si ita videbitur, aliquādo veriorem, recuperet sui Auctoris sententiam, viuidioremq; Christi oculis exhibeat celestis pauuli gustum. Idem Auctor, cap. i. libri primi inquit, cuius quæstionis perplexē quidem atq; per obscurē difficultatem magis apud plerosq; exasperat Vulgatæ editionis, vt obscura ruditas & ruđis obscuritas, ita Gr̄ecisnorum insolēs asperitas & H̄ebraismorū frequens absurditas in Psalmis potissimum & nouo Testamento, quibus salebrarum lacunis & anfractuum hiatibus efficitur, vt sententiarum celestium pondus, atq; oraculorū diuinorum maiestas, non solum eleuetur minuantur & negligatur, sed vetustissima iuxta ac grauis

sima

pars secunda.

2

simā etiam eorum vilescat autoritas, atq; magis ut placeat varia ista recentiorum versionum nouitas. Et paulo post dicit idem auctor, se huius Latīnæ editionis Vulgatæ plenum nō suscepisse patrocinium, quasi isthęc aut vocibus significatiōrib; sitalijs dilucidior, aut dictiōnum proprietate cultior atq; ornatiōr, aut Interpretis etiā Latini dexteritate felicior. Idem quoq; auctor eodem. lib. cap. 12. asserit. Patres Tridentini iubent, vt hæc vetus Vulgata editio pro authentica habeatur, nullius tamē laboribus, hoc decreto, obstruitur, quo minus liceat Vulgatā versionē de Gr̄eco, affusa, quasi luce, declarare, & quę sententijs obscuriorib; sunt adumbrata illustrare. Rursus, quę verborū minus proprietatum à Cyrologia vel catachēsi sunt intricatiora, ac perplexiora, inde hausta distinctioni proprietate, explicatiū simul & euologitiū enodare, & propriorum verborum, quasi lumenibus, vel elucidare vel castigare. &c. Idem auctor. lib. 3. cap. i. ait, quod ad Latinam hanc vulgatæ attinet translationem haud sanē illam omnibus absolutam ducimus numeris, tantum abest, vt id aut asserere, aut defendere sit animus. Ideoq; initio præfati sumus nos non plenum immo vix semiplenum eius in præsencia suscepisse patroci-

A 2 nium,

Assertionis vulgatæ.

nium, cum in ea sint quædam minus plenæ adeo-
q; minus bene ac vere transfusa. Nō hic de Inter-
pretis nostri istius simplicis aut vitijs aut virtuti-
bus, quæ non sunt nullæ agitur. Et paulo post, ait,
Vt ea igitur verbis est alicubi horridula vocuq;
lenocinijs compta minus & ornata, aut sententia
rū luminibus min⁹ digné, quām fortē par fuerit,
illustrata, ap̄ nulla aliarum omnium cum ea com-
poni queat, nedum pr̄poni, quod ad verę lection-
nis fidem atq; sententiarum veritatē attinet. Idē
Auctor, statim, cap. 2. eiusdem. 3. lib. dicit, hāc ver-
sionem, Interpretis si non ignorantia, certe oscita-
tiā, a plāno sensu ac genuino deturbatā, idq; pro-
bat, quibusdam querelis, a sanctis patribus, Aug.
& alijs, ante mille annos propositis. Probat idem,
vel nititur probare, cap. 3. nō posse puram Latinę
versionis lectionē ex solis Latinis codicibus emē-
dari, quod quidem temerarium est, & vt opinor
contra Concil. sessione. 4. Optat idē Auctor, cap.
5. vt Episcopi prospiciant Ecclesijs de versione ve-
teri castiganda atq; emendanda: quia quod olim
vnus pr̄st̄tit Hieronymus hoc idem viri doctiſ-
simi, tam Louanijs quā Párisijs hodie efficere po-
sunt. Idem Auctor, cap. 6. eiusdem lib. 3. multa dicit
in dedecus nostri Interpretis, ait. n. s̄pē multuq;

pars secunda.

3

de nostrę Latinę editionis Interpretē cogitās plu-
rima videre videor, quæ ad suspicandum me inui-
tant, vt non Latinum hominem sed Gr̄culum
quēpiam fuisse existimem. Multa tandem p̄fā-
tus Auctor. 3. lib. ascuerat intrepidē cōtra Vul-
gatā editionē, multa refert loca à vitijs vindicata,
quæ irreplēre detrahendo, vel addendo acreuēre,
vel mutando sunt deprauata. Hęc tamen omnia
gloriatur se fecisse pr̄sidio Hebraicę et Gr̄cani-
ę lingue: loca tñ ferē ōnia quæ ei vitiata videntur
in veritate nō sunt, sed sibi cōstāt integrē. Hęc & a
lia similis audaciæ iactat memoratus ille Auctor
Concilij intentionem (quātūm ego aſequor) la-
befactans, cui concinit in prima parte Apologię.
f. 99. Tiletanus alius Auctor non minoris in hoc
audacię, & singularitatis quorū libri post Cōcil.
editi deberent publicam faciem formidare, et nō
ita velociter suam p̄cipitare sententiam, que o-
ſtium aperit vnde inconuenientia multa diman-
gent.

Caput, 2.



N D E F E S S A diaboli in Ecclesiæ
perniciē machinatio multū accipit ro-
boris ex his nominū & verborū nouis

A 3 tranfla

Assertionis vulgatæ.

translationibus, quas aliqui à multo iā tēpore tan-
topere affectāt: sicut & illi , quos in nřa Aſsertio-
ne Vulgata cōfutauimus. Nullū.n. genus telorū,
perniciē adeo pŕesentissimā nobis attrulit. Quod:
n. pestis Reip. hoc istę nouę versiones Ecclesiæ
Christianę nauiculę sacra anchora certissimū suę
salutis habet pŕesidiū, si fixa hęreat. Vt diuina scri-
ptura omnibus suis partibus maneat incolmis
& integra, nihil metuens illorū improuitatę, qui
vno, aut altero freti codice Gręculo, aut yno (sum
mum, duobus,) Hebræo codiculo clamitare au-
dient, nos hačtenus, vtrū nō habuisse scripturarū
textū quales Zuingiani, qui locum ad Rom. 5 ex
Gręco mālēt vertere, quatenus omnes peccauerūt
quám ad verbū cū catholicis dicere, In quo omnes
peccauerūt. Hoc faciūt illi, quia cupiūt ex illo loco
Pelagianismū renouare. Sic, quod Caluinus an-
notat ad Titū.3. quod effudit in nos abundē, aſſe-
rens posse ad baptismum referri, vt aboleat donū
Spiritus sancti, Quare, nos habemus, quę effudit
in nos abundē: Tale est illud, quod Melanchthō
simili artificio vertit, vbi nos habem⁹, Tibifoli pec-
caui, ait ipſe. Tibi solū peccō. id est. Quisquid ago
peccō. Quę translatio nescio si imperitior, aut im-
pudētior, aut vtrumq; sit habenda. Eiusdem colo-

pars secunda.

4

ris sunt illa, quibus nostrā versionem conantur nō
ornare, sed contaminare, non vertere, sed peruer-
tere, cuiusmodi est illud apud Socratem, lib.5.cap.
19. Vbi Gręce scriptum erat. Presbyteros peniten-
tiarios, qui confessionibus lapsorum pŕeceptorat fuis-
se tunc submotos, audet quidam peruertere, confes-
sionem à Nectario fuisse sublatam. Caluinus
etiam oppugnat patres Concilij, quod decreue-
rint, quod in contiouersijs non nisi Vulgata edi-
tione sit vtendū, alserēs ipſe ad exemplaria He-
bręa & Gręca potiūs esse recurrēdū, quę quám
sint temerata iam in Aſsertione nostra multorū
dictis testificati sumus. Quare eadem non sunt
bis repetenda. Id. n. Fecēre Iudejī in suę pertinacię
patrocinium, fœde contaminantes in Christia-
norū ludibrium & Christi Domini nostri o-
dium. Vide Euthymium pŕefat. in Pl. Nam mul-
ta loqua; suis punctis quasi pedicis alligarunt;
vñita vñro in vñrias voces diuiferunt, vt demon-
strat Elias Leuites Grammaticus doctissimus
inter Iudæos. Vide Mazoreth eiusdem Eliæ Bi-
blia Hebraica hodierna, variant ab antiquis, &
Hebreorum codices hodie multili, imo Hebrai-
cū codices à vetustis & incorruptis, studio Rabi-
norū facti sunt diuersi, & dūas voces in vnam

A 4

con-

Assertionis vulgatæ.

confarunt Iudei recentiores: & variè admodum legebatur apud Iudeos priscos, quod paucis verbis eiusdem Eliæ fide hīc dignissimi docebimus, causam diuersæ lectionis exponēs, narrat Esdrā libros ordinasse & correxisse, & cum diuersitatem aliquam inuenisset sequebatur maiorem librorum consentientium partem, & quando Esdras & Concilium eius aliquid non poterant clare intelligere, scribebant vnam vocem in contextu, & aliam vocem alterius exemplaris in margine. Vide David Kimhi p̄f̄t. in Iosue, quæ dili-gētia Esdræ ab Impressoribus nostræ Vulgatæ, ex decreto Concil. etiam est facta. Imo Hieronymus docet, multa Hebræorum exemplaria eius ætate non habere, quæ impressa habent nřa. Vide. n. Ps. 34. Idem Elias conqueritur, Scribas magis literarum spectasse elegatiā, quām castigatā emēdationem, mutauerunt literas malè fidi Iudæi, puncta addendo vel subtrahendo: quod quam facile sit utrumq; idioma Latinum & Hispānicum nos docet, vt una literula mutata, vide quid interficit, inter amantes & amentes, inter amarūm & amorem, mulgere & mulcere, mandare & mandare, deniq; inter audere & audire, Vide quam distet inter canas, & cañas, roca, roza, cano, caño, & alia

pars secunda.

5

& alia id genus, quæ tantopere distant appositio apice, vel subtracto. Ad uertendum est ergo, codices tales Hebreos variare literis, & sententijs à vetustissimis & castigatissimis, qui extabant ēta te. 70. Aut etiam diui Hieronymi. Sit tibi pro exemplo, ex millevnum Genes. 6. legimus à diuino Hieronymo conuersum, Non permanebit Spiritus meus in homine. &c. Quod hodie ad veritatem H̄braicam Caluinus & alij reddūt, Nō litigabit, non contendet Spiritus meus. &c. Quæ diuersitas ex literarum permutatione oporta conspicitur. Lege de hoc, eundem Lindanum, exempla innumera, proferentem, libr. i. cap. 4. Probauimus in nostra Assertione parte: quomodo Iustinus Iudeos conuincit sacrilegij, quod scripturis quædā sint suffurati, vt in illo, Dominus regnauit à ligno, à ligno, substulerūt Iudei. Vt purā atq; limpidam de fonte non haurias aquam nisi ipso repurgato sedato, atq; tranquillo: ita neq; ex istis codicibus, nisi illis Rabinorum punctis semel ex punctis, distinctionibus sublatis atq; pristinę puritati & sinceritati restitutis, solidā venari liceat scripturarum sacrarum veritatem. Quis enim ludens nostri seculi sustineat reddere, Ecce iuuentula cōcipiet. Lutherus fatetur se, & Musterū & Pagninū

Assertionis vulgatæ.

gnissimū crebro errasse in sua Bibliorū editionē, & translationē ex Hebreo, quod Rabinorum glossis nūnū crediderunt, qui de Christo inquit, prauas habent opiniones. Ideo Moyses & scriptura Iudeis nostri temporis incognita est, nec verē a pūdeō est. Moyses antiquus, qui vtiq; vult Messiā testis esse, cum igitur Messiam tā sceleratē trahant, impossibile est, eos Moysem, vel in uno versu, fecte intelligere. Paria verba loquitur Zwinglius disputās contra Iudeos de pūctorū origine, quę vult esse inuenta illorū quū eis omnis ferme peritia perierit. Lege eum si adest, & licet, prefat in Esa. Non ergo. benē veritas Vulgatæ à codicibus Hebreis expenditur. *Si quis invenit etiam in aliis scriptis dōcimēt, quod in Vulgata non est, non debet credi.*

Gaput. 3.

Vilius quām Caluin⁹ cēset de Vulgata versione Elias Leuites, quāsi affirmabat, se, sic posse illā adūcessus omniū hostiū oppugnationes tueri, ut nullus merito imperere illā possit, istā hominis Iudei censurā clarissimus dōctor Cœlestin⁹ in sua Diatriba, denouis, ex Hebreo translationibus, recitat, se suis audisse auribus. Et quę à Lauretio Valla, Fabro, & Erasmo, in Vulga-

tam

pars secunda.

6

tam editionē fuēre annotata vt corrigēda vel mutada, ea nūc collatis exéplaribus castigationib⁹, quorū illis nō fuit facta copia deprehenduntur, verē esse germana. Quod exemplis demonstrare negotij est non difficult̄, expostulat tamē singulare exéplorū numerationē, quā postea & non modo facere, est in animo. Exurgit nobis oppositus quidā alius nomine Georgius Maior, qui vt nos cogat ad exéplaria Hebreā, allegat illud Ps. De fontibus Israēl benedicite Dño, sed istud est scripturis ludere & Dei verbo abuti ad ludibriū, nō. n. Dauid illic de scripturarū versionib⁹ erat sollicitus, vbi Ch̄ri regnatis de pingit triūphū, quę singulariter eos prophetat exornaturū, qui de fontib⁹ Israēlis essent deriuati, Atq; ex Iacob. Patriarchā oriundi, quod distributione, mox amplificat. Vnde immiterito nobis insultat, quod vt olim Philistijm, Isaac & seruis eius puteos ab Abrahā effossos, obstruere conabantur: sic & nos illis fontes Hebreos & Gr̄cos. Sed profecto ipsimet sunt, qui ceno obsecrāt, & turbauerūt fontes illos. Vnde liquido cōstat nostrā editionē Vulgatam esse Hebraicā puriorēm, ideo solidam scripturarū mī veritatē ex ea ēsse petendā. Sed iam de Gr̄cis codicibus agamus, qui pari peste egrotant. Nam di-

uus

Assertionis vulgatæ.

uus Ambrosius eximum Ecclesiæ columen Græcos suę etatis homines grauissimè accusat, quod contentionis studio verba legis adulterarent, ita enim est in eius Cōmētarijs in Epistolā ad Rom. cap. 5. & in. 2: cap. ad Galat. Hoc idem habetur canonibus Concil. Niceni. in Græco non repertis, et Aug. seculo mutilatis, ut Concil. 3. Aphricano constat. Vnde temeraria est censura Erasmi & Vallæ quos dicit Caluinus, locos Vulgatæ versionis viatiros, ostēdisse. Ait Valla in. 6. Matth. cap. Bonā precationis Dominicæ partem fuisse à nobis decurtatam. Tres. n. codices Latinos & totidē Græcos cum haberet, vti ait, in Matth. capit. 27. Immensum istud castigandi opus aggrediendum sibi putauit. Cui nec alij sexaginta, imo sexcenti vix sufficientant. Idem de Erasmo. Nam hodie, quæ in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur à veteribus posita, Tertulliano, Victorino, Cypriano, & alijs. Illud studiosè notabis, quod Erasmiana editio eas planè habet corruptelas, quibus prisci Heretici, nouum Testamentum corrumpere, sunt aggressi. Martion, vt ait Tertullianus, libr. 5. Posuit pro eo, quod dicit Paulus, i. Corinth. cap. 15. Primus homo Adam in anima viuentē, nouissimus Adam in Spiritū viuificantē.

Herc

paris secundæ.

7

Hæreticus tamen ille pro nouissimo Adā posuit dominum. Et illud, Secundus homo, de celo celestis, corruptit Martion, dicchis. Secundus dominus de celo. Quam corruptelam Erasmus amplectitur. Altera corruptela ciusdem capituli Pauli extat apud Martionem, quę in Erasmi versione habetur. Portemus imaginē celestis, legit Vulgata, Martioni vero Portabim⁹, preceptiue est legēdū, non promissiue, volens nos sicut ipse incessit ita incedere, & à terreni & veteris hominis imagine abscedere, quę est carnalis operatio. Erasmus pro germana venditar Apostoli sententia, verbū, Portabimus, cū verē sit Martionis Hæretici. Agnosce ergo Christiane lector rāquā ex vnguis Leonis, quod vulgatum habet proverbiū. Et tandem Roberti Stephani exēplo demonstratur, quām sit temerarium, velle nouum Testamentū, ad codices Græcos castigare. Quod latissimè probat idē Lindanus, libr. 2. cap. 10. Vnum tamen proferam exemplū, vt ceteris lectis fidem tribuas, & quā si digito tangas Bibliā illam Roberti potius Ecclesiæ noctis. Quare merito Catalogo librorū daminatorum suis in aliquando comprehensa, dece & octo asseditus est ille vir exēplaria Latina disquisita, & multa Græca, nunquam tamē potuit,

aut.

Assertionis vulgatæ.

aut voluit omnibus in locis, nostrę Vulgatę debitum deferre honorē. Nam cap. 2. ad Hebręos, item possibile est sine fide placere Deo. &c. Omnia Roberti exemplaria cōcordāt: quia nō leguntur, Deo, sed cum apud Clementem Alexandrinū. 2. Stromata ita legatur, similiter in exemplari Syro, atq; Aug. 4. Contra Iulianum, cap. 5. Certum est, Gręca omnia Roberti non esse absolute om̄ē data exemplaria. Hic locus iynus manifeste arguit, non sufficiet illa decem & octo exemplaria, quibus Robertus se vsem protestatur ad instaurandam puram noui Testamenti dēc̄tionem, quod adhuc uno aut altero lodo apertius idem ostendo; eadem Epistola ad Hebręos, cap. 10. Nam & vincitī cōfessi estis Gręca omnia Roberti præter duo cum Erasmo leguntur. Nā & vinculis meis, contra illū OEcumen. Theophil. Theodoret. Chrisost. legūt; vincitī, ut nostra Vulgata. Mutilata sunt plura loca per Robertum Stephanum, cuius duæ impressiones merito prohibite sunt à sanctis patribus Inquisitoribus in Catalogo librorum prohibitorū ille videlicet, quę Barisijs factę sunt anno 32. &c. Quia audebat utrī obclis ad confodiendā quędam loca, quę dicit superflua esse, atq; ideo rē secunda, & vtitur asteriscis, quibusdam in locis indicans

pars secunda.

8

dicās multa esse suplēda, quę defūnt. Vide quām temerē audeat iste Vulgaram nostram editiōnem modo curtam, modo latam, quasi nasum cēreum in diuersa mouere. Legē eundem Lindanum, lib. 2. cap. 2. Vbi adducit loca, quę Robertus audebat vel addere, vel subtrahere. Gręcanicis frētūs codicibus. Ioan. 7. Non dum erat Spiritus datus aufert verbum, datus, contra Chrisost. homil. in Math. 23. & in Ioan. 28. & contra Dydimū lib. 2. de Spiritu sancto, qui, vt nr̄a Vulgata, legunt: si cut Victorinus quoq; cōtra Arrianos, & Leo magnus, sermone. 3. Penthecost. Sic & Luc. 19. adiecit Robertus dictionem, Abundabit, illud Luc. 12. Luciferē ardentes in manibus vestris, trūcauit voces illas, manibus vestris, contra Theophil. qui in Cōmentarijs non solum ita legit sed exponit etiam. Ita Petrus Chrysologus sermone. 22. & diuus Gregorij in homil. & Ecclesiasticū Responsoriū non apaucis annis natum. Item omissit Robertus, illud. 1. Corinth. 12. Interpretationes sermonum, cum Ambrosius exponat, & Aug. in speculo reciter, & Theophilact. aperte ita legat. Quare Latinos codices Vulgatos sequi potius debemus quam Gręcos aut Hebręos, Valla. n. ex Gręcis, sex exemplaria Gręca est assecutus. Eras-

Assertionis vulgatæ.

Erasm⁹, quatuordecim. Robertus veró Stephan⁹
decem & octo. Omnia tamen illa non sufficiunt
nostrám Latinam editionem demoliri. Quod si
sancti, Aug. lib. de doctri. christiana. 2. capit. 15. &
Hieronymus affirmant (vt Gracianus refert dil.
9.) librorum Latinorum veterum fidem de He-
breis voluminibus examinandam & nouorum
veritatem. Greci sermonis normā desiderare, di-
xim⁹ ad hoc in nostra Assertione, sanctos hoc dī-
xisse illo seculo, quo tot erat exemplaria quot co-
dices, & cum fontes non erat adeo venenati neq;
erat decretū Ecclesi⁹ quale extat modo à Cōcil.
Tridētino sanctum. Plura alia missa facimus, que
liberum erit lectori apud eundem Lindanū per
tres integros libros dignoscere.

Caput. 4

idem

pars secunda.

9

idem.lib.12.contra Faustum, cap. 27. ait, Christū
sibi vbiq; in scripturis occursere. Vnde deprehensa
ditur, quām sine cerebro loquuntur qui Rabino-
rum sensus magnificat. Quos redarguit Basilius
in Epistola ad Alexandrinos, technam demonis
esse p̄t̄at, quando aperto Marte aduersus Eccle-
siā pugnare nō potest, vt insidijs agat & per eos
aduersum nos pugnet, qui se Christianos profitē-
tur, vt p̄textu Christiani nominis in rebus ma-
ximis nos decipient. Iudeorū deliria, veluti Mar-
garitas, nobis venditant, & cum literas sacras ad
perfidiam Hebraicam vertant, ad veritatem He-
braicam eas se vertisse gloriantur. Quos bene de-
pingit Hierony. ad Algasiam. quēst.io. Quod sint
carnaliter cuncta intelligentes quorum interpre-
tationes, Aug. contra Faustum Manicheum, lib.
12.cap. 27. fabulas appellat, secutus Paulum ad Ti-
tum. i. Vbi monet, ne attendamus. Iudaicis fabu-
lis, & paulo infra idem Paulus, Sunt inquit multi
nō subditi ac vaniloqui & seductores, quos opor-
tet redarguere, precipue ex circūcisione. Est quod
dam genus dicendi, quod figuratum appellant,
de quo Quintilianus, lib. 9. capite de figuris quā-
do dicere aliquid palam non est tutum, tunc obli-
quis sententijs illud explicamus, ne capitatis incurra

五

三三

Assertionis vulgatæ.

mus discrimen, hoc dicendi genere figurato ut
tut hi nouatores, dū nō audent dicere, falsa est san-
ctorum patrum interpretatio scripturæ, sic lenie-
runt dicentes. Iudicorum interpretatio potest ad-
duci, quæ sit vera, non contra, sed præter mentem
sanctorum. Nec vident quidem hos similes esse
lupo. Æsopi, qui cùm ouibus inire fœdus para-
bat, ea legē, vt suspenderentur canes, quod conci-
liata amicitia inter lupum & oues canibus opus
non esset, vt postea suspensis canibus, lupus, suo
more seuiet in gregem: hic est conatus nouatorum
& Rabinorum. Ideo monet Christost. in Hom. 1.
varijs locis in Matth. Hom. 17. Ecclesia, inquit, ha-
bet veros oculos, doctores videlicet, qui vident
scripturis mysteria Dei. Sequamur hos; nec sen-
m'egrè, nos appellari indolitos, & idiotas. Nā
idem Christost. inquit de incomprehensibili Dei
natura, Hom. 2 Stultum me appellest in Christo.
Nā vel, hoc nomine, tāquā adepta corona gloria
bor cum Paulo, Nos stulti propter Christum, &
hec stultitia prudentior est omni sapientia: & on-
nis nouavia & doctrina, si Cyrillū audiam, hec
simi quandam redoleat, aut ad heresim præmu-
niam. Nec tamen negamus Græcam & Hebre-
linguam ad alia multa valere. Ridiculum eni-
m est, quod modo quidam imitantur. Dargiamur hoc,
inquiunt, his nouis expositoriibus, satis firma-

pars secunda.

10

asset, si diceret quis, armorum nullum esse vestrum;
quod aduersum nostros, armis vesti nō licet, ne la-
tum vngue à consensu sanctorum discedere audeas:
reliquo tamen vt adulteratā moneta fugias, vt
docet Clemens Alexai. Stromat. lib. 7. Cae illos,
qui post mille quingētos annos Ecclesiam loqui
docent, vt Iesaiam dicat, non Isaia. Volunt isti im-
pi ostendere, Ecclesia Catholicā vix loqui didicis-
se, tantum abest vt sensa rerum perceperit, quod
cum ipsi Iudici ad nos transmittere literis non pos-
sent persuaserunt quibusdam viris aliquin do-
cis, qui velut munus quoddam offerrent Eccle-
sia, cum vere sit inimicorum donum, vel Plato.
8. de legi. desiderat leges à Deo latas, vt inde ne ap-
picem quidem liceret demutare. In Epistola Ori-
genis ad Aphricanū repertis, quod cùm apertissi-
mate testimonia de Chro, quæ ora obturaret Iudicis
a nostris citarentur, ipsi Iudici nros obtundebant
clamoribꝫ, nihil tale Hebraicē else, falsis testimo-
nijs nostros dicebant, conuertere ad fidem nationes
nostris vero, quod in numero loca alia essent,
quibus nostræ fidei veritas probaretur, illis eeu-
debant, & ita interpretabantur illa loca, vt Iudæi
quod modo quidam imitantur. Dargiamur hoc,
inquiunt, his nouis expositoriibus, satis firma-

elso

elso

B 2

credi

Assertionis vulgatæ.

credimus: & alia restant loca, quibus nostræ veritatem sensu literali probentur. Bene habet hoc cō filium, tamen verus sensus literalis scripture maximè qui de Christo constat non est tam gratis, et leui de causa pretermittendus, ne Rabini nobis sui somnia intrudant sicut Erasmus, Valla, & alijs scripturæ voces facile, inuertunt. Sunt profectò, qui talia faciunt ingeniosi in alieno opere & liberales imo prodigi de Christi patrimonio. Theodorus docet veteres Patres huc suos omnes intendisse neruos, ut Iudeos refellerent, qui semper contrariant, non tamen eos habere magistros, ut nostra tempestate sit à quibusdam. Iudeos quidem non miror, sed nostros homines, quibus Iudeorum salua tantopere sapit veneno infecta contra Christianos, qui Iudei dominū blasphemates ad hoc legatos misserunt ad omnes nationes, ut Christi et Christianorum nomen in famarent. Ut probatum habemus in nostra Assertione, parte. i. & docet Tertullianus in libro aduersus Iudeos, & aduersus Martion, lib. 3. Iudei & eorum sequaces mendacissimi dicuntur, à Hieremia, cap. 9. Pagninus tamen, & Vatablus quoties diuus Hieronymus à Iudeis dissentit lectionem Hebream punctis velut obclis confodiunt: nec desunt tamē, qui corū

Com-

pars secunda.

II

Commentaria, et Iudeorum libris, contexta, admittentur: & pro eis tāquām pro aris et focis pugnēt. Referta sunt monumenta veterum Patrum refutatione Iudaicarum fabularum, quę nescio, qua malitia forte reuiuiscunt, & se se insinuant, per nostrorum manus, Christiano populo. Iudei ardenter odio Christiani nominis, sunt impij cerdones, suētores, nullo ingenio, nulla literatura, sēper captiui sēper sub Regib⁹ terrenis, et viuūt sine Deo. Ergo ad eos & magnā eis prēsta fidem. Rescant, causa illorum aliqui Typographi, ut Robertus, aliquas dictiones, quod profecto nullatenus deberet fieri, ne quis, quod stabile & fixum est, in Ecclesiæ Catholicæ Vulgata editione, auderet mutare: si cut & alia perperā multiplicant. Cum. n. ante Calchographiam inuētā, libri omnes manuscripti essent, & glosulę multę marginibus Autorū a scripturis, inscripta ipsa irrepserunt, tale accidisse arbitror scriptis diui Hieronymi, cuius notē illud else puto, quod aliquando dicit, Hoc malē versū est à Septuaginta, & Hebraicē multō aliter habetur. Nec scio, cur nostris, libeat Iudeos, relictis sacris Doctoribus, habere duces, cum audierint ceci sunt & duces cęcorum, & putant se magnū aliquid afferre si Iudeorum nobis afferat deliria.

B 3

Qui.

Assertionis vulgatæ.

Qui n. diceret, amamus, vnicam vocē non esse, sed quia, mus, significat murem, significare idē, quod, o mus, tu ama, quasi dicam? muri, ut amet, rediculus esset ille, quia verbum p̄t̄lentis temp̄ris vnius vocis in duas dissēcat à get mano sensu longē diuersas. Hęc ergo sunt prodigia falsa, quæ nostri impostores tantopere mirātur. Disce ergo candidē lector has meras nugas fugere, potius quām imitari. Aug. Eugouinus faterur hoc idē, Iudeis non admodum inimicus. Vatablus etiam pluries, maximē Esa: 63. Galatinus multis verbis hoc docet, lib. i. Orig. in cap. 17. Genes. & Hom. & in cap. 24. Num. Irēneus, lib. 4. cap. 63. Ambrosi in cap. 5. Epistole ad Rom. Idem Hylarius & Athanasius, & alij multi. Quōd si quādo Aug. & Hieronymus oppositum videntur asserere, dicendū est, quōd hoc liberum opinaturis relinquunt, mīrantes de tam solerti Iud̄orum diligentia, vel (ut Hieronymus) non negant Hebr̄os codices & Gr̄eos fuisse vitiatos, sed rident, si quis dicat, illos in nostrum commodum hos dolos, fuisse machinatos. Nam quōd vitiari int̄ scripturam, liquido costat, & falsitas illorum sine multo negotio deprehenditur. Non enim consonant, sed variant, quæ varietas vehementissimā ingessit suspicio-

nem,

pars secunda.

nem, vt iuuenis ille Daniel lasciuos senes damaret, & quid ni dicemus eos modo non conuenire, cum in Christi mortem non essent conuenientia eorum testimonia. Videant ergo quantum fidēndum sit istius modi hominibus, vt facit Vatablus, subaudit, quæ vult in scriptura, & addit de suo, verba, quæ vult, & ita facilē erit elucidere omnia. Posset enim H̄ereticus dicere, Vnum, cole Deum, suple, cum potes. Nam inter tormenta licebit colere idola. Itemquę. Ne iures vana per illum, nisi cum dispendio vitæ aut rei familiaris. Deniquę qui publicis instrumentis verba adderet magno crimine implicaretur. Inde coniūcies quantum sit crimen Dei instrumento verba addere, aut subtrahere. Varietatem lectio-
nis sapientis est annotare, sententiam tamen vtrā
quē esse sacra sanctam, Vulgatam verō magis
probare oportet, quām aliquando ridet Iudeus
impius risu quodam Sardonio. Varietas certē nō
deberet deterrere hominem pium, cū etiā in ipsa
Hebr̄ea lectione reperiatur hęc varietas. Imo vt
scribit per doctus dominus magister Leo, cap. 32.
de translationibus Sacrae scripturæ clarissimus
ille princeps nulli veterum secundus, de Principiis loquitur non de Diuis. Princeps inquit
B 4 ille

Assertionis vulgatæ.

ille de cuius laudibus ,nulla vñquam sçcula conti-
cescent,cum omni antiquitate conferendus con-
ditor Complutensis Academic,Cardinalis Fran-
ciscus Ximenius Cisnerius :cuius fuit pietatis &
religionis,præter alia,quæ exegit monimēta , quæ
ei peperere gloriā sempiternam , magnum illud
edidit & memorabile opus Bibliorum Complu-
tensium,quod vulgo nominat , tribus linguis ex-
cussum , atq; adeo quibusdā locis quatuor, vt sin-
gula singulis citra vllum negotium, conferri pos-
sint & comparari: quæ res quantum opis & præsi-
dij ad intellectum scripturarum afferat, verbis ex-
primi non potest.Cauit summa diligentia præcel
lētissimus ille Princeps, vt admirabile opus illud
Bibliorum purum & sine vlla labe typis excude-
retur castigatissimum & quām emendatissimū
conquisitis toto orbe terrarum exemplaribus,ac
cerdit magna mercede viris,Hebraicę Gręcę La-
tinę linguę,peritissimis præstítit: vt par erat huic
rei tātē maiorē, quā p hominū opinione , diligē-
tiā.Tamen vitare non potuit,quō minus quoties
Diu Hieronymus à Iudeorum interpretatione
discrepat,dictiones ipse Hebreę, ne quis persentis
ceret,punctis obelis,sint cōfoscę, tāquām parū fide-
liter redditę à Diuo Hieronymo , quod illo præ-

textu

pars secunda.

13

textu factū eit: q̄ monēt quoties illa pūcta sint di-
ctionibus Hebreis adscripta,aliquid esse in He-
breo onomastico Completēsi notabile,quod sci-
tu sit dignum,quod vt est quidē aliquādo, ita ta-
mē frequētissimē sine vlla lexici Hebrei adnota-
tione,punctis illis,velut obelis,iuglatas Hebræas
diictiones reperiet,qui id vellet obseruare,intelli-
getq; aliquid latēre fraudis & doli. Et si illa loca
cū Iudeorū Scholijs cōferat, reperiet Diuū Hiero-
nymū illis locis,quæ numero nunquam compre-
hēdas ,(sunt enim innumerabilia) à Iudeorū in-
terpretatione discrepare.Vnde colliges,quāto o-
dio,trāslationē Di.Hieronymi psequātur Iudej,
& quantopere cā oppugnent , quod nō iudaizet:
& simulāsse Iudeos à principio se vehemēter pro-
bare trāslationē Di. Hieronymi , vt Septuaginta
virorū interpretationē nobis manibus excuterēt.
Haec tenus Magister Leo. cuius testimonio cōstat,
nec Biblię Completēsi fidendū esse per omnia.
Notat hoc Magister Leo speciatim pa.312. et.601.
et.704. et.759. et.809. et.884. et.911. Faciat hoc verē
āfalse,iudicēt, qui Gręcę & Hebraicę, norūt. Mi-
hi enim laude immortali semper celebrāda vide-
tur tanti Franciscani Cardinalis indefessa cura in-
cidendo adeo egregio & sacro Volumine : &
in cri-

Assertionis vulgatae:

in erigenda tam illustri Academia, quæ bonarū literarum mater & magistra est: cuius ego alumnus & debitor sum obligatus.

Caput. 5.

R A S M V S lingue suę virulenta, nēc Superis parcens in cap. 12. Ioānis, super illa verba. Excepuit oculos eorum & indurauit cor eorum, ait, verba illa neq; ad editio- nem Septuaginta, neq; ad Hebream lectionem re- spondere. Sed si Hebraicē sc̄isset Erasmus, nō hoc faceret, vt Euāgelistarum censor eset, vix Alphabetum Hebreum sciens. Ipse nāq; fatetur, siquid crepat Hebraicē non sine Theseo facere. Vt teba- tur enim alicuius, qui Hebraicē nouerat open- Notandum ei erat Ap̄stolos & Euāgelistas, quā- do aliquod verbum est, siue in Hebreā lectione aut translatione Septuaginta, obscurum siue am- biguum, solere illud, nomine magis perspicuo, ex- planare. Ita, q̄ Septuaginta reddidere. Incauta- tum est cor populi huius, quodq; Di. Paulus ita di- tauit, Diuus Ioannes nomine magis perspicuo; velut interpretat̄s vertit, Obdurauit, quasi nōceat nihil

pars secunda.

14

nihil aliud esse; incrassare cor, quām obdūrare. Ne ergo faciamus inter se pugnantes Euāgelistas, pr̄sertim in explanatione scripturæ, vbi nunquā pugnant. Idem Erasmus in Annotationibus is, cap. 27. Matth. magno cachino prosequitur Hy- larium, quod signum impietatis est non modi- cum, Imo contradicunt Lucam saepta occasio- ne ex verbo, Osanna. Idem iudicium est de Pa- gnino, qui in libro interpretationum nominum Hebraicorum dicit, Nasarenūm p̄r. S. non au- tem p̄r. esse scribendum. Quod aperte est contraire Di. Matth. cap. 2. Ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, Quoniam Nā- zareus vocabitur. Vnde concluderet Iudeus Iesum Dominum, non fuisse Christum. Nam si Christus, appellandus erat Nazareus, & Iesus Dominus non est appellatus Nazareus, quid in de necessario sequatur videt. Euāgelia et Epistole et Acta Ap̄stolorū Dominū testantur appellatū citra distinctionem Nazareum & Nazarenūm, huius- quam tamē Nasarenūm. Vide Mar. 1. Luc. 1. 2. & 4. Ioah. 1. Act. 10. Nec in Ecclesia Catholica aliter, ab illo Sacro scriptore, haec vox scripta est. Nec valet, quod Pagninus testatur se vidisse titulum crucis sic scriptum. Ego Pagnino nō credo,

Euan-

Affectionis vulgatæ.

Euāgelijs crēdo, quę lego oculis fidelibus. Multa alia notantur immerito ab Erasmo & eius affec-
tis, quia non sciunt, quod Euāgelistę et Aposto-
lū citādō scripturam, sępe sc̄pius omīssēre media,
et tātum dixēre necessarium: citant aliquādō pri-
ma et vltima, & cū citātē scripture testimonia, plē-
rumq; omittunt media. Sumunt n. Apostoli ex
scriptura, quę necessaria sunt tātūm ad ea, de qui-
b' sermo est. Hunc canonē nobis pr̄scribit Orig.
in Ioan.to.7. Disputans de loco Esa. Vox claman-
tis. &c. Solere Apostolos & Euāgelistas hoc fa-
cere, breuitatis et perspicuitatis causa: sicut voces
obscuras mutare in planiores. Quod iffecit Di-
Paulus ad Rom.9. citās locū Esa. contextū exdu-
bus. De Erasmo plura nō referā, cū multi scripto-
res contra illum glorioſe certauerint: et quia ipse
sibi non constat, magis lubricus anguilla, mul-
tas, de Græco in Latinum, versiones apparauit,
ad quintam usquē vel ferē procedens, in qua eius
animus non quietatur. Quid dicam de Lauren-
tio Vallensi, qui receptissimam hanc, in Eccle-
sia Catholica, vocem, fides, attentat, & loco suo
mouere postulat, qui fidem Christianam, per-
suāctionem Christianam, appellare præcipit, vi-
auram capter popularēm, tam facile est illi

nōstro.

pars secunda.

15.

nōstrorum maiorū autoritatē contemnere si
quis à lege Regia vel syllabam demutasset capita
le elset crimen. Cur ergo verba ab Spiritu sancto
dictata audeat quisquam demutare? Fidem eam
appellat scripture Luc.17: &.18. & Act.15. & Ad
Rom.1. & Ad Hebr.11. Imo Cicero hac voce & si-
gnificatione pluries vtitur. Sed hic nouitatum a-
mator nunq; quiescit: sicut nec Erasmus, qui in-
ter vaniloqua & impia, reponit sententias ab Ec-
clesia decissas, vt docet Catharinus pagina.394. &
444. Qui ab eodem Autore notatur de interpre-
tatione vocis, latrā. Grauior dolendū est, quod
aurę popularis captandę auditate capti nōnulli
horrenda fingunt, inaudita docere non trepidat,
quę reticuſe, cōſultius & sanius esset, quām pro
palate: quę omnia, quantopere nocuerint nostro
ſeculo, vtinam non tam essemus experti. Incom-
moda namq; ipsa clamant, & nostram vicem do-
lent & deplorant, etiam si nos reticeamus, sed spō-
sus, qui Ecclesiæ suam pollicitus est assistentiam
ipse curam gerit de illa, & nō dormitabit nec dor-
miet, qui custodit Israēl: sed scuto veritatis circū-
dabit eam, cap. 6. Paulus Apostolus ad Hebreos,
cap. vltimo. Nolite abduci doctrinis varijs & pere-
grinis, idest, nouis & singularibus. Et Timoth.

prio-

Assertionis vulgatæ.

prioris Epist. cap. 6. O Timothee, ait, depositum
custodi deuitans prophanas vocū nouitates. Quę
verba enarrans Vincentius ille Lirinensis, lib. ad
uersus hęrefes, inquit, Timotheus est hodie vni-
uersa Ecclesia, depositum custodi, id est, quod ti-
bi creditum est, nō quod á te inventum, quod ac-
cepisti, non quod excogitasti, rem nō ingenij, sed
doctrine, in qua non Autor debes esse, sed custos
non institutor, sed sectator, non ducēs, sed sequēs
nolo mihi pro alia subijcias, sed eadem, quę didi-
cisti ita doce, vt cum dicas noue, non dicas noua
& paulo procul deuita inquit, quasi viperam,
quasi vasiliscum, ne te non solum taetū, sed e-
tiam visu afflatusque percutiant. Prophanas, in-
quit, vocum nouitates, vocum, id est, dogmatū
nouitates, quae sunt vetustati contrariæ, quae si re-
cipiantur necesse est, vt fides beatorum Patrum,
aut tota, aut certe magna ex parte violetur, Pro-
phanas, inquit, vocum nouitates deuita, quas
recipere atq; sectari nunquam Catholicorū, sem-
per verō Hęreticorum fuit. Hęcille, & alia in ean-
dem sententiam plurima. Et Petrus quoq; Apo-
stolorum Princeps apud Clementem, libr. 8. Re-
cognitionum, inquit, Nec aliquid proprium, &
quod vobis non est traditum proloquamini, etiā

si

pars secunda.

16

si vobis verisimile videatur. Hinc n. ſepe cōtingit
declinare, quosdam á veritate, dum ſpeciem ſibi
verioris & validioris veritatis proprijs cogitatio-
nibus reperiſſe ſe credūt. Et Aug. lib. 10. de Ciuit.
Dei. cap. 23. Neq; nouis vocibus de religione lo-
qui permittit, ne verborū licentia, etiā de rebus,
quę his ſignificantur impiam gignat opinionē,
Et idē Diuus. lib. de ratione animę opinionē quā
dā nouā, non alia ratione refellit, niſi quia ipſa ſo-
la nouitate displicebat. Et in ſexto Synodo Gene-
rali, A ctione. 12. (vt in noſtra Assertione retuli-
mus.) Dixerunt Patres. Omnino neceſſe eſt, nō ſo-
lum ſecundum ſenſum, ſequi ſanctorum Patrum
dogmata, ſed & eisdem vocabulis vti cum illis, ni
hilq; penitus innouari. &c. S. Tho. i. Parte. quęſt.
39. art. 2. Secundum Dionif. de diuinis nominib^o,
cap. 1. Et Aug. de Ciuit. Dei, lib. 10. cap. 23. Quod
Theologia ſuam habet Logicam conſtantem ex
vſu ſanctorum Doctorum, qui licet nō ſolūm in
ſenſu, ſed etiam in verbis & modo loquendi ab
eis conſuetu, nos conformare tenemur. Et Socra-
tes apud platonem vti nominibus verbisq; com-
muni oribus, neq; exacte curioſeq; diſquirere ſae-
penumero generofī animi eſt, contrarium autem
illiberalis. Et Plato ipſe ſapientiſſimus, iuxta
& clo

Assertionis vulgatæ.

& eloquentissimus, in lib. Ciuii, inquit. Si verbo rum curiositatem vitabis, cuades in sene&tute ad modum Sapientior. &c. Hoc idem Hieronymus Epistola ad Eustochium de virginitate seruanda. Et Seneca Epistola. n^o 6. Gerson parte. i. Tracta de examinatione doctrinarum, consideratione. i. Et parte. 4. Lectione. 2. Consideratione. 6. Quodsi in legibus ciuibus alijsq; humanis actionibus, in quibus plerūq; nihil refert, an hoc siue illo modo hñt, suspe&tæ sunt nouitates, ac periculose: quid futurum putamus in rebus fidei, & religionis, in quibus salus christiana consistit? Etenim vt ait Christost. in Epist. i. Ad Corinth. Hom. 7. Nihil adeo animos perturbat etiam si utilitas secutura expectetur, quam innouare aliquid & a consuetudine alienum facere & maximè cum decultu ac Dei gloria agitur. Plato ille in libris legum, & ali bi sepe cui Aristot. in Politicis & cæteri sapientes subscrubunt, nihil perniciosius esse c̄set, quām tē mere ab antiquis legibus, moribus, & consuetudinibus recedere, peregrinas nouasq; res introduce re, atq; molliri. Miseri homines, & miserabiles, quibus, (vt August. ait lib. de vera religione. cap. 53.) Cognita vilescant, & nouitatibus gaudent. Scio iocundas esse nouitates, & mutationem esse dul-

pars secunda.

17

dulcissimam, sed vt Aristot. ait. 7. Ethicorum, ca. ultimo. Ob quandam prauitatem, homo. n. prauus facile mutabilis est. Quod Aug. differens, lib. de spiritu & anima, cap. 59. inquit. Mens cęca & vagæ qualitate earum rerum, quas respicit, variatur, ei q; nō sufficit quicquid Deus nō est, & hinc huc illuc dispergitur, & per infinita distrahitur, quærens requiem, vbi non est: sed quia unum Deum quem sufficienter habere poterat dereliquit, nunc per multa ducitur, vt quia qualitate rerum satiari non potest, saltem varietate lacietur. Sic nouitatū amatores sydera sunt errātia, quia in Ecclesia Catholica quiescere nolunt, huc, illuc, nouis errorib⁹ & omni vento doctrine, circumferuntur. Nam vt apud Esaiam est, cap. 57. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant flūtus eius in conculationem & lutum. Cuius rei, abundantissimē, præstat, nobis exemplum, Desyderius Erasmus, homo nouitatis amans, de quo facultas Parisiensis cum suo decano sic ait, in principio suę determinationis cōtra eum. Nos rationem reddere volentes, de ea quæ in nobis est fide, re, diutius atq; maturius, perspecta, & inter nos discussa, tandem respondendum censuimus, vt clare agnoscant, qui ista perfecturi sunt: tam ā C esse

Assertionis vulgatae.

esse vim veritatis, ut quamuis interdum impudēti insipientium hominum temeritate exagitetur nunquam tamen posse cōuelli. Nam si aduersus eam portę inferorum prēualere nequeunt, neq; certē potestas ulla super terram prēualebit, proinde non solent viri prudentes, etiam Ethnici pertinaci animositate ea tueri , quę leuius forfān aut inconsultius asseruere, vbi veritas ipsa ratione redita manifestē cognoscitur , vt eadem facultas titulo. 13. de ijs in quibus à communi vsu Ecclesiæ Latinę paraphrastes recedit in suis paraphrasib; postquam recensuit multa loca, qualia sunt, Sermo, pro verbo, In hominibus bona voluntas, pro hominibus bonę volūtatis, Hoc est corpus meū quod pro yobis frangetur, vbi nos legimus, traditur, Si eum velim manere, nos legimus, sic cū volo manere, Nō omnes dormiemus, nos legimus, Omnes resurgemus, Solomon, pro Salomon, Sæuator, pro Saluator, & alia id genus: censura mapponit schola Parisiēsis in hęc verba, in his & alijs eius generis non paucis, Paraphrastes temerariē ab vsu communi Ecclesiæ Latinę recedit, quem seruare debuerat vestigijis inhērendo prēcedentium Patrum Latinorum, Gregorij, Leonis, Prosperi, Cassiodori, Isidori, Bedę, Alcuini, Haymonis, Riba-

pars secunda.

18

bani, Anselmi, Bernardi, Ruperti, Hugonis, ac Ricardi de sancto Victore, & cæterorum, qui sū semper iudicū Ecclesiasticæ consuetudini, vt humilis suadebat charitas, accommodarunt, atq; submisserunt, nihil attentare ausi, vnde quoquo modo posset Ecclesia perturbari. Pro eximia siquidē sua sapientia norāt viri illi eruditissimi, quod post incomparabilem, beati Hieronymi in sanctis scripturis, labore, vetustus Ecclesiæ Latinę vsus magno eruditorum consensu tot seculis probatus, et præclaris Catholicorum Doctorum Commentarijs illustratus Latinis hominibus pro lege habendus esset, et norma, loquēdi in sacris eloquijs, neq; per hoc Grēcis, & Hebraicis literis quicquam detraheretur, sed suus cuiq; mos, et ordo seruaretur. Hacten° cēsura, aurea cotinēs verba, quę dicta & persuassa velim nostros nouatoribus. Et eadē censura cōtra Erasmū ait, titul. 14. q; pro Iacobi fratre, dixit, Iacobi filio propositione. 2. et propositionē addidit, quadragesim⁹ secūdus, cū dicat scriptura q; masculus erat offerēdus, quadragesimo die. Erasmus tamen addit secundo , dicens, quadragesimo secundo, Propositione. 4. ponit Bethleem pro Nazareth. Propositione. 5. Naaman dicitum esse, vt sc mergeret, ter , cū scriptura dicat septies:

C 2

Et

Assertionis vulgatæ.

Et ibi leges alias censuras contra ea, quæ mutat, ad dit, & detrahit Erasmus illo titulo. 14. Nec valet subterfugium, quod articuli Parisienses non pretereunt Sequanam, nec transeunt montes Alpes. Nam certe vniuersitas adeo Catholica habito cō filio, tot, & tantorum Theologorum, non est in hoc sine temeritate aspernenda, vt benè docet Sc̄tus. 2. Sniarum, distinct. 2. quest. 6. Da facultatem Theologicam Compluti, aut Salmanticę, concorditer aliquid decernere, & videbis, quām sit numerarium (si non peius) eius Decretis contrarie. Franciscus Sonnius, de verbo Dei. cap. 16. Ecce quae de mihi, inquit, veritatem enim dicam, quod hoc nostro seculo, inuenta sunt diuersarum editioni Biblia, plus minus viginti numero, prorsus corruptissima per malitiam Hereticorum, alia in summaris capitum, alia in annotationibus marginibus, alia in indicibus, plurima in ipso simul texitu. Et paulo inferius, Si testamenta hominum vel instrumenta contractuum, aliqua ex parte, corrupta, & vitiata, nihil ultra habent autoritatis, coram quibuscunq; etiam in tribunalibus fuerint producta: profecto, multo minus retinere debent autoritatem depravata instrumenta noui ac veteris Testamenti Hanc igitur ob causam non va-

let

pars secunda.

14

let argumentum affirmatiuum à scripturis: nisi integrę sint, et incorruptę: quia ab vna nonnullā dictione, imo ab vna syllaba dependet veritas Catholica, vti pulcherrimè ostendit Hylarius, et etiā Ciprian⁹ in particula. Et, super illo verbo Salvatoris. Matth. 16. Tibi dabo claves regni celorum & quocunq; ligaueris. &c. Et quocunq; solueris. &c. Taliter sunt corrupta exemplaria Teuthonica, Et alia (quae magnificat Rupertus Stephanus) obscuritas est in scripturis, partim ex rerum sublimitate de quibus tractant, ad quas acies mentis, veluti tacta ab excellēti lumine obstupecit, partim ex dictione sermonis non ubiq; clarē eloquentis mente Autoris dum signorū, vel ignota vel multiplex est significatio, aut varia orationis distinctio, aut alia, & alia pronūciatio sententię Troporumq; inuolutio. Hec Franciscus Sonius. Diuus Hieronymus, sua etiam ētate, cepit Hebreorum codices in nonnullis locis habere suspectos. Lege eum super 5. cap. Michęę. & ad Gala. 3: Vbi, ait, Mihi videntur aut veteres Hebreorum libri aliud habuisse, aut Ap̄stolum, sensum posuisse, non verba, aut quod magis aestimandum est, post passionem Christi, & in Hebreis; & in nostris Codicibus ab aliquo, Dei nomen appositum, vt infamiam

C 3 no-

Assertionis vulgatæ.

nobis inureret, qui in Christū adeo maledictū cedimus. Sed oppones forsān, quod ait Di. Hierony. in cap. Esai. 6. Et si aliquis dixerit, Hebreos libros postea à Iudeis esse falsatos, audiat Origenē quid in 8. volumine explanationū, huic quæstiū culæ respōdeat, quod nunquam Dñs et Apostoli, qui cætera crimina arguunt, in Scribis & , Pharisæis; de hoc crimine, quod erat maximū reticuis- sent: si autē dixerint, post aduentū Domini Saluatoris, & prædicationum Apostolorum libros Hebreos fuisse falsatos, cachinū tenere non poterō, vt Saluator et Apostoli, & Euangeliste, ita te- stimonia protulerint, vt Iudei postea falsaturi- sent. Hęc Hierony. Sed si diligenter aduertas, de- prehēdes, non pugnare cū prædictis Hieronymi sententijs, Esset népē rediculū dicere, Iudeos falsi- se libros in testimonij de Chfo, aut Chri myste- rijs, quę antequām proferrētur à Christo, & Apo- stolis, non fuissent in eorū Codicibus, Sed ex præ- dicatione Apostolorū addidisse. Ex Egipto voca- ui filiū. &c. et Quoniam Nazareus vocabitur, & Flumina fluēt de vētre eius aquę viue, & Viderūt in quę transfixerūt. &c. His similia, quę ante hac quæstiōne obiectā præmisserat Di. Hieton. cuius intelligētiā facile colliges ex cōsequētia dictorū.

Cap. 7

pars secunda.

20

Caput. 7.



ON CILIVM celebre, & nu- merosum, frequentia doctissimo- rum virorum ius dixit, pro anti- quissima fide Vulgatæ. Impius er- go et sacrilegus est, qui post Eccle- sic, & tot Sacerdotum sententiam, suę opinionia a liquid tractandum relinquit; vt Martianus reli- giosus Imperator ait, in edicto, quo mandat seu ua- ri definitiones Concilij Calcedonensis, vt narrat Blondus Historicus, Quid enim stabile, & con- stans in nostra erit religione, si scemel iudicata, & recte disposita, reuolui & publicè disputari per- mittatur? Ne sim⁹ paruuli qui, circūferamur om- ni vēto doctrinę in nequitia et astutia hominū ad circumuētionē erroris. Dedit n. Christus suę Ec- clesiæ Pastores et Doctores ad consummationem factoru, in op⁹ ministerij, et voluit tāquā Ethnicū haberi et Publicanū, qui Ecclesiā nō audiret: cuius certe vocē nusquā securiū set certiū audire possu- imus, quam in Cōci. O Ecume. ex toto orbe Chri- stiano cōuocato, Habet n. Ecclesia Catholica sen- sum et spiritum sponsi sui, quo discernere nouit scripturas diuinās, & certas, à prophaniis & non

C 4

certis,

Assertionis vulgatæ.

certis, ut docet & ipse Martinus in captiuitate Babilonica: nouit & sponsi sui instituta, separare ab inuentionibus & institutis hominum, promissiones, quas fecit suæ sponsæ Ecclesiæ Catholicæ, & amor quo est erga eam immensus non patiuntur, quod a temporibus Apostolorū reliquerit eā, quasi si prostitui ſegmentis hominum eisq; illudi. Sed age iam demus incuria librariorum, qui imprimit, vel ſcribunt, aut audacia alii cuius ſcoli nostram Vulgatam editionem in aliquibus respersam mendis, quæ nulla aut pauca & modici momenti diximus, in noſtra Assertione, ex Titelmano, moraliter posſe contingere, aut contigisse. Nō enim in eam ſententiā poſſum adduci, ut vibilit̄, aut in pluribus locis concedam, librarios dormitasse quia video aliquos, iam aliam aggredi viā, ut quia illac non ſuccedit, qua dicebant Interpretēti non bene vertiſſe, iam non Interpreti, ſed librarijs fallitatem. Vulgatae vitio dāt, quę euasio ſi pro pluribus locis Vulgatę cōcedatur, nō minori peste nos inficiet, quā cōcessa falsitas & ignoratiā Interpretis. Demus tamē locis aliquot etrāſſe librarios, quæ loca adeo erratiā nō noui. Sint tamē, Cōcedamus etiā eis editionē Vulgatā aliquot locis variā eſſe, (mihi nāq; illa Vulgata eſt in quā plures Codices

pars secunda.

21

cōueniūt,) lit verō varia lectio, ac proinde aliquā do dubiū quę illarū ſit germana, nūquā tamen per hęc, etſi cōcessa, concedemus, aut cōfulemūs aliquā vocē Vulgatę addendā, minuendā, aut immutandā, nē ex hac ſcintilla totus conflagret Bibliorum ſacrorum Codex. Modica enim nube cula totū obnubilat aliquando cælū, imo grandinem generat agros ſecundos de populantē. Multa ſunt enim, quę minori periculo tollerantur mala, quā quod maiori periculo tolluntur. Ut dicit Klingius noster, lib. 3. cap. 17. Cū loquitur de peccato Schismatis, Sicut etiā inquit Erasmus in ſua Diatriba, ſunt quidā corporum morbi qui minori periculo tollerantur, quā tolluntur: veluti ſi quis ſe, in callido ſanguine trucidatorum infantū labet ut lepra careat: ita ſunt quidam errores, quos minori pernicie diſsimules, quā conuellas. Si mihi conſtaret confeſſionem, qua nunc utimur in aurē non eſſe à Christo conſtitutam, & ob id non exigendam eſſe à quoquām. Item, ita non requiri ſatisfactionem pro commiſſiſis, Item, ſi mihi conſtaret in Synodo quapiam perperām aliquid eſſe cōſtitutum aut definitum. &c. Licet quidem verū proſiſteret, tamē eam opinionem publicare recuſare, qđ videā plerosq; homines mirē propensos ad flagi-

Assertionis vulgatæ.

flagitia, aut ne Patrū Autoritatis, in Concil. date
tur ansa contēptus, etiā in his, quæ piè ac sancte fla
tuissent, quos nunc vt cumquæ cohibet aut certe
moderatur confitendi & obediendi necessitas.
Quę diximus sunt illius exempla, non mihi p
omnia grata, sed si alibi hic tamē exéplorū no
quiritur veritas, maximē cū de hoc proposito mul
ta alia dixerimus in Parte i. nostrę Assertionis. Et
Apostolus. i. Corint. c. io. discrimē facit inter ea,
quę licent, & ea quę nō expedit, quod minor
malo aliqua in firma tolerentur quam quod cū
periculo tollantur. Apud Gr̄ecos, Licurgus (opi
nor) reprehēditur, q̄ odio temulentię vites incidi
iussit, cū admotis propiis fontibus sic posset
excuti temulentia, vt tamen nō periret usus vini
sic Pharaō iussit occidi infantes, ne crescerent in
regno suo, cū hoc potuisse cohibere alijs medijs
moderationi potius amplexāda fuit, quam omni
moda eradicatio. Id ē censeo de mēdacijs libratio
rū si qua reperiātur in libris Vulgatę editionis to
leretur illa potiusquam omnia cōfūdātur, quid,
quod Sp̄iritus s̄actus cauit, ne verbū illud suo s̄esū
careat, si ad sit pia mēs interpretantis et exponētis
talē scripturę locū. Vir. n. cādid⁹ et pr̄cipitis noui
tatis impatiēs, rē Christianā forsitan hac via pericli

pars secunda.

22

tatūiri reformidauit. Et vide quid inde cū vulgus
existimare poterit, obrutū tot versionib⁹ tā dissidē
tibus, nō solū à Vulgata, sed interselē quoq; lōgiſ
fimo interuallo. Profecto testatos audeā bonos vi
ros nō esse modestię partes tam faciliter et libērca
cōmuni editione recedere, vel suā tā quam absolu
tā, et cā solā in vulgus intrudere. Aliud est indica
re Hebraismum, seorsumq; aperire locū eundem
variē posse trāfferri: aliud propria cupidine, &
minimo cū iudicio de re grauiſſima suū phantas
ma edere ac velut indigestū cibū, in vulgi conspe
ctū euomere. Nec video, quā ratione isti reiecerint
editionē quā dicūt Vulgatam, et certe quantū vul
gatoriē tāto receptionē. Nā noua indigent lōgio
re multō probatione, quā vetusta, quę tā multis
ānis explorata sūt: et illa noua nullius essēt autori
tatis, vel certe minoris, nisi vetustafierēt. Rabini et
versiones nouę pepererūt mōstruosas, et confusa
neas interpretationes. Si autē vnuſquisq; suū cere
brūpgat edere, tota plaustra diuersitatū sacris in
fulciētur, vsq; adeo, vt lectors tādē nihil reportēt
nisi cōfusionē: licet concessū sit bono Interpreti,
vel addere, vel dimittere vocabula, quę s̄esū nō per
turbant. Ita Hieronym⁹ in libello de optimo ge
nere interpretādi, obtrectatores mei querāt & in
celli

Assertionis vulgatæ:

telligent non verba in scripturis consideranda, sed sensus. &c. Et paulo post, Audiant, & a me non periclitari Ecclesiarum statum si celeritate dictandi aliqua verba dimisserim. Vnde noster Titelmanus pius et doctus, Annotatione, ca. 19. Job. inquit super illa verba, Luet, quæ fecit omnia. Sciendum est, beatum Hieronymum data opera paraphrastice huc locum reddidisse, ad exprimendum apertius Catholici dogmatis firmamentum, id quod & alias non paucis in locis, fecisse coprobatur quæ admodum nominatum, in proximum caput annotationis, tractates locum illum, de resurrectione. Scio quod Redemptor meus vivit. Quæ quidem diligentia et obseruatio, adeo in viro sancto, non est vituperanda, ut etiam laudi sit tribuenda, & fidei suæ. Hinc magnū ille meretur preconiū, quod a quæ secundū verborū tenorem arida aliqua intelligentia potuisse eludi, verius quam exponi, maturo consilio decreuerit immutatione modica verborum iuxta magis dignam sententiā, quam Christianus ipse, et orthodoxus in verbis illis intelligebat, clarius exponere. Neq; in. ideo Interpretis negligit aut minus prestat officium, si eadē opera et sententiā expimat, et claritatem orationi adjiciat, quemadmodum videlicet ea, quæ supra de Resurrectione a Job

fidelis

pars secunda.

23

fidelissime dicta sunt verbis ipsis, (ut sunt in Hebraismo) in herendo, possent facile arida aliqua interpretatione, ab ingenioso & literali aliquo Iudeo, cui else curè Resurrectionem negare (cuius modi erant Sadducei,) conficta, sic exponi ut generalis resurrectionis mortuorum nulla inde haberetur confirmatio. At vero ipsius versio nihil recedens a sententia verborum quæ sunt in Hebrais, (ita ut neque curiosissimus Hebreus singulos apices obseruans possit illum caluniari,) ita clare & aperte exprimit fidem, quam de generali resurrectione mortuorum Catholica tenet Ecclesia, ut etiam ab imprudentissimo tergiuersatore non posset in alium sensum ipsius verba torqueri, ita sane & hoc in loco, id quod habet textus Hebraic⁹ yerbentiam istam continet & significat, quam clarius expressit Hieronymus. Haec & alia ibi, clausa ille Titelmanus. Et idem Hieronymus ad Suniam & Fretelam, ait, quod non audet mutare, quæ vsu confirmata sunt, vbi cūq; sensus idem est. Veterum interpretum conuetudinem mutare noluimus, neminima nouitate, lectoris studiū terroreremus. Et idem Hieronymus ad eosdem quos prediximus ait. Hoc enim quod Septuaginta Interpretes transstulerūt, propter vetustatē, in Ecclesia decantandū est.

Assertionis vulgatæ.

est. Vnde siquid pro studio ex latere additū est, nō dum debet ponī in corpore, ne priorem trāslatiōnē pro scribentium volūtate conturbet. Hęc Hieronymi verba, quę fideliter retulimus. O verba! uo signanda cálculo. O verba nullo internoritu ra sèculo, quę vel sola sufficerent abundē ad retinendā, quorūdam pertinaciū ceruicē, qui si quid forte pütant in Hebreo aliter legi, quam in Ecclesijs psallatur, insaniunt, stōmachtantur vociferatē hoc est eradendū, conuellēdum, iugulādum, hoc nō dixit Spiritus sanctus. Quid ait? Hieronymus de temeritate te arguit, scientiā laudat scripturam sed ritum. Ecclesiasticum nō vult temerari. Cetera sententia hęc Hieronymi, cedro digna est. Videā ergo quam desipiāt, qui nostrā Latinā Vulgatam temerè pertentant, dicentes, aptius, significatiū, melius poterat hoc verti. Hos damnat Erasmus eorū Primipilus, qui ipse se suo gladio misérē confudit in censione, quam premisit operi Aug. de moribus Ecclesię tomo. I. Prodit, ait, Manicheonī mysteria, idq; facit mirabili sermonis elegantia quā, vt inā illi licuisset in ceteris, vti, lucubratio nibus. Hoc sanē opere declarauit, si quid offendit eruditos in ipsius dictione, non fuisse inscitia, sed charitatis, qua stylūm demissit ad imperito-

rum

pars secunda.

24

rum intelligentiam. Hęc Erasmus, cui nos dicamus, Quid agis nostrorum téporum Aristarche, qui de vniuersis scriptoribus sententiam fers? Si ergo perspicuum est Diuum August. depressisse distinctionem ad lectoris maiore fructum, quid vetat diuum Hierony. ita nonnūquām factitasse? Prę fertim cum scribat ad Pam machium tomo. 2. Ecclesiastica interpretatio, etiam si habet cloquij venustatem, dissimulare eam debet & fugere, vt nō otiosis Philosophorū scholis paucisq; discipulis, sed vniuerso loquatur generi hominum. Rursus aduersus Pelagium ad Cresiphontem, Audi Ecclesiasticam simplicitatem, aut imperitiam, vt nō bis videtur. Et, lib. I. aduersus Iouinianū. Est in verbis simplicibus semper diuinarum scripturarum sensus augustior. Plurimum iuuat, quod dicit in proemio. 3. lib. Ad Galat. Item in fine Comment. in Aggeum Prophetam, deniq; ad Marcellam de Ephod. & alijs in locis hoc idem inculcat, & q̄ bonus Interpres non debet se captiuum reddere, vt plus equo seruiat literę. Et non debemus putidanos verborum interpretatione torquere, cum damnum non sit in sensibus, quia vnaquęq; lingua suis proprietatibus loquitur. Et vbi cunquę sensus idē est, veterum Interpretum cōsuetudinē muta.

Assertionis vulgaræ.

mutare noluit Hieronymus, ne immia nouitate lectoris studium terreret. Et Diuus Augustinus, hoc genus hominum magis supersticium, quam mirabili doctrinæ suæ virtute reuincit, lib. de Doctr. Christ. cap. 13. In hęc verba, memorat diglossima, Quid ergo integritas locutionis nisi Latinę consuetudinis conseruatio, loquenti veterum autoritate, sit mata? Sed tamen eo magis offenduntur homines, quó infirmiores sunt: et eo sunt infirmiores, quó doctiores videri volunt, non rerum scientia qua, edificamur, sed signorum, quae non inflari omnino difficile est, cum & ipsa scientia sępe ceruicem erigat, nisi Dominico repertatur iugo. Quid enim obest intellectori, quod ita scriptum est, Quę est terra in qua isti insidem super eam, si bona est aut nequam, aut quæ sunt uitates in quibus, ipsi inhabitant in ipsis? Quam locutione magis alienę lingue esse arbitror, quā sensu, aliquo modo, altiore. Haec tenus Diuus August. Vbi sanctus Doctor quasi propheticā diluebat cauillationes futuras aduersus loca Vulgatę, & loquédi Tropos. Diuus Hilarius. Reperi quosdam, ait, ambiguos circa hoc, in atrijs domus domini, dicentes, fuisse hoc in circo a primis translatoribus adiectum: quia sub eisdem versibus

quendam

pars secunda.

25

sequenti Ps. continentur, opinantibus ipsis, scriptorum vitio in libris Hebraicis fuisse præteritum, sed noui interpretes, quę volūt, tractent, nobis vero obsequendum est autoritati translatiōnum et vetustati. Hęc ille, Debet enim bonus Doctor Ecclesię Christi in memorię scrinio recondita habere noua, & vetera, id est, doctrinam tā vetensis, quam noui Testamēti. Neq; debet fidelis Doctor, vana curiositate, noua tantum sectari, quę admodum pleriq; hac nostra tépcstate faciunt, Atheniensium more, qui (vt in Actibus Apostolicis scribitur) ad nihil aliud vacabant, nisi vel dicere, vel audire aliquid noui, qui ea, quę olim à Patribus, ante multos annorum centenarios, scripta sunt, legere dignātur: ea autem quę hodie à diversis scriptoribus vel potius scripturientibus sinnúmero & modo extruduntur, veriū quám emittuntur, charissimè amplectūtur, contra illud, quod per Sapientem quendam dicitur. Sapientiā antiquorum exquires sapiens. Oportet ergo inter hęc duo, medium iter incedere, vt sic noua diligamus, vt neq; vetera despiciamus. Quæ enim videtur arida fæcunda satis sunt, magnam emphasiā habent, & miram explicant affectus vehementiā breues & celeres scripture sacrę interrogationes.

D

Ita

Assertionis vulgatae:

ita per abruptiōnē & defectūm posītāe. Indūnt n. quasi plenum amaritudinē animūm non valentem prē penitūdine, qui latet dolorem velli berationis desiderium exprimere, quale est illud Psal. 6. Sed tu Domine vsq; quo? Et seruat multoties Interpres in his locutionib; Græci sermonis vsum, vt Psal. 9. Comprehenduntur in consilijs quibus cogitant, loco, quæ cogitant, vt habet Psalterium Romanum. Et Latina interpretatio sequitur nonnunquam Hebræam atquæ Græcam consuetudinem, quæ pronomina frequenter abs. quæ necessitate adiungit, vt Psal. 10. Dominus in cælo sedes eius. Et illud, Libera me de sanguinis, illo loco dictum est numero plurali, quia tamen in Græco pluralis numerus positus est, maluit Interpres (vt ait August.) minus Latinē dicere quam minus propriè interpretari. Nam & in Græco & Hebreo, ita habetur. Similiter. Psal. 62. Melior est misericordia tua super vitas. Quamquam autem, vitas, numero plurali non multum sit receptum Latinis, propter tamen consuetudinē veritatē sermonis Hebraici numerum Interpres consulto non mutauit, quia Hebraica lectio similiter & Græca numerum pluralem posuerunt. Opere pretium erit etiam admodum

pars secunda.

26

atrelectorem, vt ipse expendat secum, quām ampla atquæ augusta sit scripturarum sanctarum maiestas, et quām abundans nimium fecunditas, quæ in unico verbulo tam multiplicem complebitur intelligentiam. O vere fælices nimium si si bona norunt agricultæ sancti, quibus in hoc agro Dominico concessum est, atquæ complacitum ingenij sui vires expendere, quicquid rabido ore latrent insani atquæ amentes Iudei, semel abiecta veritate ad omnia figmenta promptissimi, atquæ in absurdis sensibus (si ita dicere licet) felicissimi. Qui ergo eos emulantur, caueant ne scripturas cancerare pergent, nequæ enim temerè cuiuslibet iudicio, arbitrio esse commutanda, aut innouanda, quæ sunt plurimorum seculorum usi confirmata. Venimus per sancte docet noster Titel manus Psal. 26. versu. 8. Ut videā voluntatē Domini, videtur hoc in loco facta depravatio Vulgatae lectionis ex mutatione unius literæ, nempe p. in. n. videturq; pro voluntatem, legendum voluptatem. Primum enim, sensus magis quadrat proposito: deinde utraq; lectio, & Græca & Hebreæ voluptatem habet, & nequaquam voluntatem. Vnde satis probabile est, factam esse mutationem, nos tamē licet in elucidatione ita expressimus ob-

nec 0.3

D 2 hoc

Assertionis vulgatæ.

hoc noluimus, ex nostra autoritate, publicam mutare lectionem, sciētes, non hoc esse nostri officij: satis esse putamus, si id admonuerimus, quod videtur probabilius. Potest nihilominus si voluntatem legamus conueniens dari intelligentia, imo eadem penē cum altera lectione, quę habet, voluptatem. Cum enim datum nobis fuerit videre voluntatem Domini, id est, frui voluptate & gaudio beatitudinis æternæ tunc pariter & videbimus voluntatem Domini, illam videlicet, qua nos summè vult, & cupidissimè optat, fieri saluos, hanc tunc videbimus plenissimè impletam in nobis. Hęc est (inquit Christus Dominus) volūtas eius qui misit me, vt omnis qui credit in me non pereat, sed habeat vitā eternam. Proinde eadem ex vtraq; lectione sententia potest accipi. Hęc Titel manus perpetuus, obseruator puritatis lectionis Vulgatę acerrimusq; eius vindex, & propugnator. Sed vt vterius pergamus, illud mirandum de libertate sanctorum scripturarum, quod illis etiā vocabulis, quę apud homines vitium sonant, et fēditatem, in rebus sacratissimis vtitur, veluti eum inebriari dicuntur sancti ab ubertate domus Dei manifestum. est autem in huiusmodi sermonibus, omnem crasiciem semoueri debere. Inebria-

tio

100

tio

pars secunda. 27

tidēniū & facetas non aliud quām plenitudinē & perfectam abundantiam significat, quę omnia sint tibi tanquām loca communia, ut vulgatum Interpretem à dilaniantibus tucaris.

Caput. 8.



I E R O N Y M V S ad Ephes. 1. ait. Propter paupertatem linguae, & rerum nouitatem, & sicut quidam aiunt, quod sit Gr̄ecorum sermo latior, & lingua fālicior, conabimur, non tam vrbū ē verbo transferre, quod impossibile est, quām vim verbi quodam explicare circuitu, quod Latinis & Gr̄ecis commune est. Hęc ille. & Esai. 41. & in Apollogia aduersus Rufinū, & Matth. 2. & ad Gala. 3. & ad Ephes. 5. Hoc ipsum ingenuē cōfitetur pr̄clarus ille Hierony, quivetus Testamentum, ē Gr̄eco Latinum reddidit, nouum tamen Testamentum, si nō de Gr̄eco translulit totum, saltēm translatum iam recognovit, vt diximus in Titelmano, in. i. part. nostrę Assertionis. Hieronymus ergo, nō ita anxiē discruciatur, in vertendo singula verba, sed ser-

D 3

mo-

Assertionis vulgatæ.

monem instituit de sensu principalius, de verbis autem, non ita scrupulose curat. Quod non nulli recentiores, proh dolor, plus equo sua consilia precipitantes, non animaduertunt, qui Interpretem nostrum, simulque versionem eius vel, ob id, quod verbum è verbo, non transstulerit, contemptui habent, imperitiè & erroris accusant, criminantur, dente genuino conficiunt, & relegandum volunt, nostram translationem mordent, lacerant, & despiciunt antequam intelligant, & quod iniquius est et molestius ferendum, hoc vitio quidam laborant, ut nostra explosa aliam edere gestiant. Hę tamen nouiores im prospecto obsunt valde tranquillitati Christianę Reip. multūque incundis contentionibus, rixisque souendis valent, quas à pietate Christiana procul esse Paul. docuit. 1. ad Corinth. 2. Si quis contentiosus videtur esse inter vos, nostadem consuetudinem non habemus, nequę Ecclesia Dei, quibus denique illa bonarum omnium artium, nouerca nouitas dispendio fuerit, noverint et meminerint opto. Nemo tamen interim mihi irascatur, cui (Deum obtestor) nullum est antiquius officium in omni vita reliquum quam vt erga omnium salutem satis gratus iudicer,

quod

pars secunda. 28

quod officij nostri ratio et obseruantia exigit, hujus ætatis portentosę graues calamitatum processus, rerum multarum desperationem, deflendam animatum iacturam vigilantius animo mecum reputans vitia, que velut herba irritu succreueret, vitiorumque seminarium nouitatem perhorrens forsan plusquam pars sit excauderim cuncta igitur equa, lance appendentes, per eam, que inter nos est mutuam benevolentiam et Christi fidem horrort atque obsecro, quatenus ne quis nostrum in preceps ruat, aut nouitatis scopulo illidatur antiquas illas traditiones et veterem Vulgatam Latinam versionem, tam facile non abijciamus: quin potius boni equiq; cōfidentes, ut actus Aposto. c. 15. et sequenti docent, antiqua illa veneremur, et osculemur et amplexemur, scimus equidem, scimus viri optimi nullam tam sinceram, illibatamq; veritatem, que rationibus vehementissimis, magnaq; argumentorum vi impugnari, ne dicam, oppugnati, non possit. Quis tamen sapientum his aliquando cedendum esse censuit, aut ab eo, quod totius Ecclesie consensus, semel receptum est, esse recedendum? Quāuis enim Diuus Hieronymus. Malach. 3. et ad Galat. 5. et ad Ephes. 4. et alijs in locis videatur taxare

D 4 reno

Assertionis vulgatæ.

re nonnulla, que habet nostra lectio Vulgata: ve-
rum tamen consideremus necessum est, quod dum
hec scripta fuerint à Diuino Hieronymo, translationi
nostræ extrematæ manum ipse nondum apposuerat,
Neque tunc Ecclesiæ iudicio ea comprobata
fuerat, ut modo est. Iccirco liberum illi fuit, huc
atque illuc spaciari, & quæ illi grata primum oc-
currebant, illa amplexbatur, cui tamen multa
quæ prius probauerat, postmodum in grata
fuerint, & contra quæ prius displicuerant, ab eo
postea accepta sunt, ut constat ex his, quæ Malachiæ. 3. scripsit. Hæc ferè omnia, quæ modo dixi
mus mutuati sumus a nostro Nycolao Grandis
super Epist. ad Rom. cap. 2. vbi hos nouitatum
errores, qui inimici hominis arte subdola suc-
creuerent, quæ fieri potest animi mansuetudine
refellit. Sed ad Diuum Hieronymum reuer-
tamur, qui rogatu Paulæ & Eustochij, ut Tol-
leret confessionem translationum, quas habe-
bat Ecclesia Latina, transtulit ex Hebreo Pentha-
teucum, & Iosue, & lib. Iudicum, & libros Reg.
& rogatu Chromatij, transtulit libros Paralip.
prout patet in Prologo Bibliæ, in qua traductio-
ne beatissimus Hieronymus noluit sequi literam, iam
per Iudeos punctuatam, & sic elegit significa-
tionem.

pars secunda.

29

tiones & sensus, prout sibi melius & rationabi-
lius visum fuit, secundum translationem Septua-
ginta, & Orig. & aliorum: unde Hierony. non
intendebat, in tali interpretatione, reprehende-
re Septuaginta, sed vitia scriptorum quorum im-
peritia & negligentia, illa translatio in multis lo-
cis erat vitiata, & quedam etiam erant omissa,
quæ allegantur in scriptura noui Testamenti, ut
ipse inquit, & ideo Papa Damasus, & etiam
universalis Ecclesia Romana bene acceptauit trans-
lationem Hieronymi, tanquam veram & Catho-
licam, sed noluit Ecclesia ut traductio Hierony.
nec aliqua alia preferretur & anteponeretur inter-
pretationi ipsorum Septuaginta, imo voluit, ut
habeantur, tanquam Prophetæ in omnibus, quæ
interpretati sunt & in his quæ addiderunt: eo quod
Spiritus sancti pleni loquuti sunt, ut ait August. 18.
de Ciuitate Dei. cap. 42. & 43. Verum tamen pau-
latim consuetudo inolevit in Ecclesia, ut unus-
quisque pro maiori parte scribebat ex exemplari
bus Hierony. ad vitandam confusioneum aliarum
editionum, et insic ratus celebrata fuit editio Hie-
ronymi, quod modo autem vix, aut in paucis Bibliothe-
cis Latinis reperitur traductio ipsorum Septua-
ginta

Assertionis vulgatæ.

ginta, Imo per omnes Ecclesiæ Latinas, celebra-
tur traductio Hieronymi, de Psalterio autem fuit
maior difficultas. Nam Damasus Papa propter co-
fussionem & corruptionem diuersorum exem-
plarum Latinorum, rogauit beatum Hierony-
mum, ut ex Græca editione ipsorum Septuaginta tradu-
ceret Psalterium, & sic correctum redderet La-
tinis, & hoc Psalterium per Hieronymum. primò
ex Græco translatum, præcepit Damasus canta-
ri in Episcopatu Rōmano. Postea verò, quia So-
phronius frequenter disputabat cum Iudeis non
acceptantibus, imo negatibus interpretationem
ipsorum Septuaginta, ideo rogatu eius beatus Hieronymus
traduxit Psalterium de verbo ad verbum
ex Hebreo iam punctuato & interpretato per Iu-
deos Thalmudistas, & hanc translationem bene
acceptant Iudei, eo quod conuenit cum litera pū-
ctuata. Sed Ecclesia Latina non renuit hanc trans-
lationem, veruntamen noluit quod cantaretur in
Ecclesia, eo quod est aliquantulum suspecta: cū
sit traducta ex Hebreo iam interpretato, & pun-
ctuato, & ad determinatas significations, ad li-
bitum Iudeorum, per illa puncta ab eis deducta,
& hoc dicitur Psalterium secundum Hebraicam,

ye-

pars secunda.

30


veritatem, non quod illa traductio sit magis ve-
ra, quam traductio ipsorum Septuaginta, sed quia
fideliter de verbo ad verbum, sit facta traductio
ex Hebreo iam punctuato, absque aliquo addi-
to, siue remoto, & ideo Hebrei imposuerunt illi
tale nomen. Scilicet, Psalterium Hieronymi secundum
Hebraicam veritatem. Postea verò quia tra-
ductio, quam primò ad rogatum Damasi Papæ
fecerat Hieronymus, ex Græco in Latinum vitio
scriptorum, aut astutia maleuolorum iterum fue-
rat corrupta. ideo Hieronymus ad instantiam
Paulæ, & Eustochij, Psalterium ex Græca editio-
ne ipsorum Septuaginta, vertit in Latinū, quod
quidem Psalterium sic emendatum receperunt
omnes Ecclesiæ Gallicanæ, ideo dicitur Psalte-
rium Gallicanum: & sic omnes Ecclesiæ Italique
& Germaniae & Hispaniae pariter sunt sequu-
te, intantum quod omnes Ecclesiæ cantant ho-
die hoc Psalterium, per Hieronymum ex inter-
pretatione Græca ipsorum Septuaginta in Latini-
num translatum & emendatum, & correctum.
Ex supradictis patet, quod beatus Hieronymus,
licet totum residuum veteris Testamēti fuerit in
interpretatus in Latinū, ex Hebreo nō punctuato,
tamen nullam interpretationem talem fecit de

Psal-

Assertionis vulgatæ.

Psalterio: sed solū fecit translationes, scilicet duas ex Græco interpretato per Septuaginta, & vnam ex Hebreo iam interpretato, & punctuato, vt di-
ctum est. Hęc est doctrina Iacobi Perez de Valen-
tia tractatu. 6. Prologi in Psalt. Quę tibi deseruier
ad multa dubia enodanda.

Caput. 9.



V D A E I etiam ante Christi
Aduentum vitiarunt scriptu-
ras, saltē quoad pręcepta perti-
nentia ad iudicia & oblatio-
nes, in quantum attrahebant,
& glossabant ad lucrum suū,
fingendo religionem, vt patet Matth. 23. Sed post
Christi Resurrectionem videntes, quot millia ho-
minum conuertebantur ad Christū: excogita-
runt quomodo corrūperent sacrā scripturā, per-
uertendo legē & Prophetas à vero sensu, volendo
probare, quōd Christus in lege promissus non de-
bebat esse Deus: sed purus homo, & q̄ tātū erat
vēturus ad liberandū illū populu, de captiuitate
temporali Romanorum, & ad conferendū eis ho-
natēporalia, & vt suam perfidiam fortius posse

altruere

3 pars secundas. A

31

struere, alciuerunt in societatem suam quendam
Necromanticum, nomine Mair, genere Idumēu
instruēdo ipsum in lege et Prophetis, cum falsa in-
telligentia. Sed cum misse Mair esset iam versutus,
vt complaceret Iudeis, excogitauit iniquum mo-
dum & dixit, quōd Deus dediduplicem legem
Moysi in monte Synai. Vnam scriptam in tabu-
lis, & aliam oretenuit & secretam, et Moyses so-
lum manifestauit populo legem scriptram, sed le-
gem secretam, ore tenus datam, tantum manife-
stauit Iosue cum pacto, vt ille tantum manife-
staret suo successori: et sic dicebat ille sacrileg⁹ Mair,
quōd illa lex per successores venerat: vsq; ad ipsū,
& quōd ei pręcepit Deus, manifestare eam omnī
populo Hebreorum, propter instantēm necessita-
tem, quia multi Iudeorū conuertebantur ad Chri-
stum, quam quidem legem appellauit Mysna, id-
est, secundam legem, in qua quidem lege conti-
nentur multa erronea & contraria veritati, sed im-
perata cetera continetur, quōd prima lex non fuit
data nisi ad quādam instrunctionē temporalem;
sed ista securida, est de ultima intentione Dei, tan-
quam declaratio primę, & cūm sit maioris auto-
ritatis debet corrigere primam. Sed tempore ma-
gni Constantini, videntes Rabini Hebreorum
popu-

Assertionis vulgatæ.

populum Gentilem cōueriti ad Christum; ex clā
iūs occasione maxima multitudo Iudeorum con-
uertebatur ad ipsum: eoquod patebat manifeste
Christum esse vetum Messiam; hoc ergo viden-
tes Rabini Iudeorum congregatis sunt in Babylo-
nia Egipci; in magna multitudine & prēdictum
Misna prolixius & copiosius exposuerunt: quam
quidem scripturam Thalmud appellauerunt, in
quo Thalmud multa falsa cōfinxerunt, inter eōs
ratiōnē dicunt, quod quando Moyses adcepit
prādictam duplēcēm legem in monte Sýnai, pa-
riter fuerunt cū Mōyse animæ omnium Pro-
phetarū plū qui singuli suās acceperunt Prophē-
tias. Item dicunt quod ibidem fuerunt animæ
omnium Rabinorū, qui composuerunt Thal-
mud & ibi acceperunt intelligentiam legis, que
quidem latimia venerunt ad sua corpora; tempo-
re magni Constantini & tradidérunt Thalmu-
dicām doctrinām; quam legunt & obseruant
omnes Rabini; & in tali deceptiōne & cęcitate
perfomerunt; & hanc doctrinam appellat Chri-
stus, falso nōm Pharisœorum Matth. 16: & Lu-
cæ 11: quid cōtrūm pīt veraq; intelligentiam
legis: & prophetarū nōm est ergo illa tenebro-
sa doctrina, quā pīcēpit Deus vitari Iudeis, quan-
do

. pars secunda. A 32

dixit. Anibulate ibi luce; & Tenebras vos cōpre-
hendāt. Ex quo patet quod Iudei moderni iā non
sunt populus Dei neq; Israhel: sed Idumēi ab il-
lo Mair, cuius doct̄inā sequuntur, ut docet Jacob.
Perecius de Valencia super Psalmū 81: quem Au-
torem fuisse versatissimum in Rabinorū scri-
ptis, narrat noster Titelmanus super Psalmū 71:
Idco David Psal. 81. ait. Nescierunt nequè
intellexerunt, in tenebris ambulant. &c. Jose-
phus. 18. lib. antiquit. &c. 2. lib. de Bello Iudaico, ait, Quasi per quadraginta annos, ante Adū-
tum Christi, surrexerunt duæ sectæ principales
inter cæteras, quarum una seductorū erat, ne-
gans Resurrectionem, &c. alia huic contraria;
Pharisœorum erat, & tam isti quām illi, scriptu-
ram perperam interpretabantur: unde Christus,
ait, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam
Scribari & Pharisœorum. &c. Et alibi, Quare &
vostrā transgredim̄ mandata Dei, p̄cept̄ tradi-
tiones vestras? Et alibi, Audistis quia dictū est atiquis
diliges proximū tuū, et odio habebis inimicum
tuū; Quod argumentum erat, à contrario, sou-
ſu, ex illis, sed non ex Deo; Avaritia & cupidi-
tas, & odium simili creuerunt; & exarserunt
in eis. Eant ergo nunc (ſilicet) nostri Hebraizan-

tes & horum Rabbinorum choreas ducent, vel se-
quantur. Erit enim cassus in soucam quia cœci ca-
cos ducent, quibus nullum subterfugium ma-
nent, neque quod quidam, a multo iam tempore, a
pud alias nationes excusationis pretextu ceperunt,
obtemperare, cum nesciatis. Cum Hebreæ aut Græci
laudamus multoties Grammaticam Hebraicam
interpretantur, nihil curantes de Vulgata, cuius
lectionem nec approbamus, nec improbamus;
sed solum referimus, quod Hebraicè habetur, ver-
bum è verbo reddendo. Bene habet, sit ita. Nece-
xoperas hoc pretextu, deberes enim sic notifica-
re, quæ verborum polysemia Hebraice insinuat se.
Nullud tamen necessariò suadendum erat audi-
tibus, aut legentibus eorum libros: ut lectionem
Vulgatam per omnia anteferrent, et tunc functus
erat officio suo, talia legens aut scribens. Accipisti
imme, quod dimitam deberes. Iuber Concil. Latera-
nense, sub Leone. 16. Ut cum à Doctore Phisice
peruentum fuerit, ad disputationem de mundi
ternitate docet ille veritatem orthodoxā, et sol-
uat argumenta, quæ quidem solubilia sunt, cum
mundus non ab eterno, sed in tempore, creatus fu-
rit. Hoc idem iuber Concilieri decanu[m] immor-
talite assertenda, non est ergo satis firmum, statu-

re veritatem nisi etiam quæ infaciem aduersari vi-
dentur, dissoluas: commendâ ergo verba & pro-
prietates illorum, quæ in originali habentur: licet ta-
men ut lectionem nostri interpretis, cunctis alijs
iure preponas.

Caput. IO.



A E P E sèpius dixi, ex in cu-
ria librariorum potuisse con-
tingere, aliquod verbum, ali-
cubi esse depravatum, & Vul-
gatæ lectionem variam esse a
liquando. Quæ duo potuisse
euenire (licet raro) concedā.
Ut testis est Diuus Thom. su-
per, cap. 3. Epistolæ ad Tit. lectione. 2. vbi ait, Di-
cendum est in scriptura sacra, secundum veritatē
nihil else contrarium, sed si aliquid apparet con-
trarium vel est, quia non intelligitur, vel quia cor-
ruptum est, vitio scriptorum. Quod patet specia-
liter in numeris, & genealogijs. &c. Idem quoq;
testatur Titelmanus noster, in annotationibus ex
Hebreo in Psal. 26, vbi cum ipse totum semper,
& vbiq; se exhibeat in tutelam Vulgatæ, ibi tamē

E versu.

Assertionis vulgatae.

versus 17. non timuit dicere. Nam & hic ex Hebreo rectius ac clarius verteretur; Doce me. &c Zeguerum non refero: nam ille pluries nostram editionem Vulgatam castigat, cuius munus tale est. libro Scholion, dicto, ut Græca, & Hebraica exemplaria, à nostra Latina Vulgata longè distare suadeat. Sed certè Græcam & Hebream linguas nūquam animas noster damnat. Improbatamen eos, qui illas nobis venditant, habentes in risu Sanctam lectionem Vulgatae. Si hęc non fecerent illi, qui linguarum patrocinium suscep- runt, libenter ego audirem eos, si intra præscrip- tos religionis modestięq; terminos se cōtinerent, nec veras linguarum utilitates fallaci vanitate, & veterem Latini Interpretis editionem nouis ali- quasi elegantioribus melioribusq; permutarem. Sunt enim nōnulli, quibus; quoniam noui sākē Testamenti antiqua versio parum elegans & cul ta videtur, placeret maximē, ut illa submota, in lius locum latinior alia succederet, artis enim colibus, Dei volunt sapientiam pingere. At illa modestia cūm sit nō ambit ornatum, cūm sit gra uis fucum ignorat, cum virilis, mundo muliebri non capitur, sine phaleris est, ait quidam, omni quod dictat affectio, & dicendi ornamenta no-

sun

pars secunda.

34

sunt negotij, sed otij, nec militiae sunt picta verba sed quietis. Igitur quæ bellicum canit, quæ exalat, quasi tuba, vocem suam, quæ irruentes ho stes, morteim præsentem, intonat, ea horridum ne scio quid sonat: vitanda est ergo vocum etiam no uitas, tenenda est antiquitas. & si prophana nouitas est, vetustas sacrata est. Quemadmodum Vincentius Lirinensis dixit & ab spiritu puro & sim plici, pura simplexqué oratio expectada est. Vide Augusti de doctrina Christiana. lib. 4. cap. 6. Novi ergo Testamēti & antiqui, vetus editio, quamvis simplex & inculta quibusdam videatur, non est propter hoc minous facienda. Quæ yea ba vellem aduertisse: translationes cūdentes quidā, quorum labor in hoc intentus est, ut scrotos im pendant ad persuadendum nobis, sc egregios Græcos et Hebraicos euafisse, Laurentium Valla Fabrum Stapulensem & alios tales intelligo, quā cuiam nūquām improbarē, si ipsi intra suos limi tes se continerent, nec ideo sanctorum interpretationes, & expositiones erant cōtemnēdē, nec pro sequēdē cachino, neque cūrisu explodēdē. Non si quid aut Græce aut Hebraicē nesciūt cōtinuō notitia rerū et cognitionē sacrarū literarū, quā manus traditam ab Apostolis acceperunt, non

E 2 sunt

Assertionis vulgatæ:

sunt instruētissimi, licet aliqui eorum rudes fuerint, aut Hebraici, aut Græci sermonis. Ille qui in his plus opere posuerit sacrarū literarum cognitione, infinitis partibus inferior: non inquam debet Santos exhibilare, nec facere ludos, nec me quis ferat, si vtriusq; sermonis peritissimus essē, et riderem medicos, quod arte medica lōgē peritores, non multum Græcē aut Latinē valerent, aut Cachino prosequeret summos Philosophos ipse lōgē inferior, siquid in vocula aliqua ab illis esset diuersum, aut erratum. Minus ergo ferendus est, si quis peritissimus vtriusq; sermonis cognitione maximē discipline (que Theologia est) longē inferior ludos iocosq; faceret: non enim linguarum cōditio est, ut qui peritiam linguarum sibi comparauit statim vendicet sibi Principatum, in omni disciplina, & se anteponat Iurisconsultis, Astrologis, & Mathematicis, qui principem locum teneant in his disciplinis. Quare si medico Græcē sc̄iati non licet alienas disciplinas iudicare, multominius ei, qui multum operę, & temporis in perlustrandis linguis insumpsit, Theologiam tamē (quam dicimus Scholasticam) & Doctorum Ecclesię Latinę vīsatās & frequentes expositiones, nec à limine vix saluauit. Fas erit sacras literas Li-

pars secunda.

35

tini Interpretis tam graui censura, (quanta modo à quibusdam neotericis fit) dijudicare & nectelector multis morer, audi quę facultas Theologica Parisiensis titulo. 32. contra Erasmus de cernit in illi^o operis cōclusione. Rationes inquit, adducuntur, ac diuinorum voluminum citantur testimonia, quę manifesta reddere valeant, nec in efficacia, quę decernuntur, vnde confunditur eorum impietas, qui vsq; adeo grauia errata purioris Christianissimi, vel sinceroris doctrinę prætextu innouare moluntur. Huc etiam accedit, quod succurrendum fuit illorū imbecillitati, qui vera esse credant, quę splendore illustrantur orationis, contra verō falsa, quę rudi & incompto sermone scribuntur, minimē attendentes inter hæc & illa non minus esse discriben, quām inter falsa, & ea, quę in illis continētur. Quod s̄cē maximum est: nam nonnūquām aurea vassa, quibus similes sunt ornati sermones, mortifera continēt venena, vbi testea quibus comparantur inornati, salubrem cōtinere liquorem perspicuum est. Cōsulendū item fuit ijs, qui Græcas nosse & Hebraicas literas perfectā putat esse, et cōsummatā Theologiā, cūnī tamē qui eas norunt, si non alioqui in Theologica disciplina fuerint instituti, Grāmati-

E 3 ci

Affectionis vulgatæ.

cicē censendi sunt non Theologi, quemadmodū & qui Latinas profitentur, nō vltierius progressi. Hactenus sunt verba præfatæ facultatis Theologice Academiæ Parisiæsis: quibus obstruitur os eorum, qui ob notitiā aliqualem linguarum, audent Vulgatam lectionem inteturbare, et suolo copellere, audentes omnium Doctorum & sanctorum sententijs suum p̄fettere iudicium, veterista contemnentes, & iam recepta eneuare contēdentes, scilicet, solis illis Deus reseruauit, et reseruit quæ preteritis seculis nesciuit Ecclesia, & ad hęc vñsq; tempora in tenebris et ignoratię cęcitatę suam sponsam dimisserit. O impiā & iniurieculā arrogatiā castigatione punitionis coercendā, potius quām argumentorū ratione cōuincendā nam quibus non quadrat ratio, nec ea conuinatur, succedere deberet pæna, vt vexatio intellectū daret. Hęc vtinam aduertant omnes, vt vno animo constanter & concorditer pro veteri decentius lectione Latina. Quódsi quādo Autores ante & post Tridentinum decretū de ea diuersum à nostro proposito senserūt, reclamatū est semper & itum est obuiam ab egregijs, & pluribus Theologis, non solum post Concilium, sed multo ante acto tempore, qui suas operas nauarūt in euoluēdis

vtriusq;

pars secunda.

36

vtriusq; Teltamēti sanctis & veteribus interpretibus. Hęc retuli non animo inurendi neuum cuiquā ignoratię aut erroris, sed defendēdi, quę a Patribus accepimus. Monitus ego, & monēs ne trāsgrediamur terminos, quos possuerunt Patres nostri, quæ vtinam animo suo lustrasent quidam, qui hos limites p̄tergressi sunt, credentes sibi aliquia licere, quę etiam si licerēt nūquā tamē expidirent: ex paruis enim et modicis, & quę exigui momēti videbantur, licētia quędā & libertas malū sonās(ne plus dicā) est oborta, nec crediderit illiprimi, qui cęperunt Vulgatā lectionem nostrā impugnare, nō inquā crediderunt adeo irreuerenter(ne dicā impudenter) quosdā successores esse eā tā aperto Marte impetituros. Sed quæ nostra est pronitas ad libertatem in miram & ratam prorupit audatiam, neminem nomino, nec Dominū. Caietanū virum egregiē doctū & iure optimo doctissimum. Ipse tamē qua erat ingenij dexteritate & mentis acie conspicuus, noluit aliquando in scripture sacre expositione, intra cācellos nře Vulgatę lectionis se cōtinere. Ita factū est, vt virtus sanctissimi et doctissimi, eius doctrina freati, audeat aliquādo asserere quę mihi nullo modo, aut nō omnino probantur. Talis est lectio quā

E 4 legit

Assertio nis vulgatæ.

legit quodam commitatu verborum, Autor Commentarij, capituli, Inter verba, pagina. 92. dicens, Non vos vlciscentes. No os vengando, segun la nucua Interpretacion, aunque la vulgar comun, y menos apta y mas obscura, contiene, Non vos defendentes. &c. Certé verbum illud, y menos apta, non potest mihi placere, cum lectio nostrail lo loco ad Roman. 12. sit sanctorum Patrum lectione & expositione illustrata, licet alia suam habeat intelligentiam. Sed nostræ non cquandâ, tantum abest ut preferendam & magis aptam concedamus. Exempla tamen id genus alia, reperies plura, & à Catharino notata, licet quædam illorum, quæ notat ille contra Dominum Caietan, facile saluantur, quia sanam possunt pati interpretationem. Sunt etiam loca alia Vulgate lectio nis, quæ infaciem videntur cum alijs locis pugnantiam habere; nihil tamen minus habent, vt multa cum eruditione nos docet Magister Cano (vir literis & religione omnibus sacerulis venerandus) de locis Theologicis lib. 2. cap. 16. Lege cum ibi locupletissimè super hoc disserentem & loca plurima conciliantem. Absoluamus ergo cap. hoc, monentes, ne nobis contingat, quod Quintilianus in quibusdam sui temporis damnat, qui

dum

parsecunda.

37

dum librariorum insectantur inscitiam, produc suam, & certe aliquando ita euenit, vt dum libros sacros mendis (vt aiunt) scatentes purgare volunt, contaminant, fateor siquidem proclive fuisse & facilè indocto & negligenti librario, presertim in verborum & rerum nonnulla similitudine, ea quæ recta erant explodere, & quæ erat deprauata substituere, fateor etiam tantam fuisse olim in sacras litteras reverentiam, vt quæ mensa quamlibet dilucida semel irrepererant, religio fuerit attingere. Sed video quoqué huius temporis improuam temeritatem. Quæ adeo nihil non audet sacris codicibus corrigendis, vt Mainichi olim parum in hacre immodesti fuisse videantur, quos August. ad Hierony. scribit multa diuinarum scripturarum loca viciata esse contendere solitos, non ab scribentibus Apostolis, sed à quibusdam nescio quos codicum depravatoribus. Consule August. lib. 2. de doctrina Christiana. cap. 13. & eundem, lib. de bono perseuerantia. cap. 11.

Caput. II.

ARI

Assertionis vulgatæ:



RISTOTELICA doctrinam
bet, quod omne scibile prius debet
sciri in vniuersali, quam in parti-
culari: & ita omne tractabile, de-
bet prius generatiū tradi, deinde
speciatim ad singularia oportet descendere, quod
nobis restat modo faciendum. Licet enim iam in
prima nostrę Assertionis parte, nonnulla discussi-
mus loca, lectionis nostrę Vulgatę Latinę; & il-
la tutati sumus, hoc tamen deinceps continuan-
dum superest: ut quę polliciti sumus, stando pro-
missis redamus. Primus ergo se offert locus Gene-
seos. 8. vbi legimus ad veritatem Vulgatę, coruū
fuisse à Noe emisum, & non reuersum, vbi om-
nes Hebrei Codices habent contrarium sensum,
vt quidam dicunt, niempè fuisse egressum & re-
uersum, cum Septuaginta legerint cum negatio-
ne, quos sequitur Diuus Hierony. aduersus Luci-
ferianos, & idem ad Oceanū, & in lectione Vul-
gata. Astipulatur & Iosephus, lib. i. d. e Antiquit.
ca. 5. Nō debuit ergo sanctus Pagninus, in Epist.
ad Clemētem Septimuni, prēlata suę nouę emis-
sionī hunc locum prēcipue taxare, quasi Ecclesia-
stica lectio sit falsata, & maliūsem dicere He-

breos

pars secunda.

38

breos esse vitiatos, quām veterem lectionem tot
pñorum centenarijs in pretio habitam, repudia-
re. Et Augus. Eugubinus (licet alioqui defensor
Hieronymianę editionis) qui contendit hunc lo-
cum esse à librarijs corruptum, aut temporum
diuturnitate, & addit esse īnuentas interpreta-
tiones fabulosissimas ab expositoribus, ob id quod
sunt coruus detentus in deuorando cadaucre: et ta-
men Diuus August. Ecclesiæ iubar, non abhor-
ret ab hac sententia, quam Eugubinus dicit fabu-
lam. Ad idem alludit Diuus Ambro. lib. de Noe,
& archa. cap. 17. Nequę scriptura dicit (ait quidā)
nunquām fuisse reuersum simpliciter, sed dicit
egrediebatur, & non reuerterebatur donec siccaré-
tur aquę: sed nihilominus admētem nostrę lectio-
nis dicēdum est, quod nunquām est reuersus. Et
ad illud, quod obijcit Eugubinus, quod scriptura
dicit. Donec siccarentur aquæ, ergo post illas are-
factas est reuersus, certè idem Diuus Ambrosi,
amouet omnem scrupulum. Considerādum ait,
quate non regressum dixit coruum, donec sicca-
retur aqua à terra, quasi veiō posita sit regresus,
sed hec loquutio familiaris est scripturę diuinę, si
quidē in Euāgelio habes scriptū de S. Maria, q. nō
cognouerit cā Ioseph, donec peperit filiū. cū vñq;
neq;

Assertionis vulgaritæ.

neq; postea cognoverit. Hactenus ille Diu². Iccī
co non est eradenda à nostris codicibus negatio
vt vult eugubinus. Lege etiā Diuū August. in Ps
102. misticē interpretatē illam negationem. Tran
scamus ergo ad Psalmos quos tantopere isti cla
mant, secundum nostram translationem cīsc vi
tiatos. Psal. 2. Apprehendite disciplinam. &c. Ve
tunt ipsi. Osculamini filium. Sed melius nostri
Vulgata sequuta Septuaginta, sensum recte red
didit, quasi diceret. Delectamini & corroboram
ni in disciplina Christi, vt enim scribit Hierony
ad Suniam & Fretellam: hæc est regula boni In
terpretis, vt Idioma alterius linguae, suæ linguae
exprimat proprietate, vt Tullius in Protagon
Platonis, & Plautus, & Terentius Eruditissimi
viri in comedijis transferendis. Nequè ex eo, quis
Latinam linguam angustissimam putet, quod
non possit verbum de verbo transferre, Cum
tiam Græci pleraque nostra per circuitus trans
ferant, & verba Hebraica non interpretationis
fide, sed linguae suæ proprietatibus nitantur ex
primere. Hebreæ ergo lectio hoc loco ad modum
secunda est, & modis varijs reddi potest. Atq; hic
ipse modus est, quo purè adoram' filiū, & quo ei
osculari vel amplexari possumus, seruando eius
legem,

pars secunda.

39

legem, quæ vt ab illo traditur doctrina est, & vt à
nobis recipitur disciplinæ nomen habet tu psal. 4.
Afructu frumenti vini, & olei. &c Faber stapulē
sis vult gratis particulam, olei, confodi tanquam
superfluā, quia inquit ille. Sacer Hieronymus par
ticulam illam non reperit cum vetustum Orige
nis Hexapli Psalterium reuoluisset, nequè in He
breo, neq; apud Septuaginta, sed nos dicamus, O
bone Faber, quid grauat guttur tuū, olei, particu
la tam mollis, certè in veteri Testamēto solet Do
minus innuere bonorum affluentem abundantiam
per hęc tria simul, frumentum, vinum, & oleum,
vest loelis. 2. Patiaris itaq; cantum Ecclesiasticū
oleo letitię perungi. Nec te moueat dictum Hie
ronymi, cūm ipsem quęst. 10. ad Heldibiam di
cat, nihil sibi placere nisi quod Ecclesiasticum est,
& quod publice in Ecclesia dicere non timet, &
codices hoc loco variant, vt accepimus à fide di
gnis. Quod si in quibusdam non fuerit, nō refert,
ubi intelligentia sana est, & codem recidit. Lege
pro nostra lectione Cōmentarium. S.P. August.
qui cām latē prosequitur, & iuxta eandem lectio
nē plures alios sanctos Patronos inuenies. Et quod
Diuis Thom; in officio sanctissimi Sacramenti,
vocem olei omisserit nihil te moueat, dicit noster
Titel.

Assertionis vulgatæ.

Titelmanus, quoniam ad Eucharistię Sacramen-
tum (quod ille laudabat) non attinet. Psal. 6. Reci-
tores ponunt diuersa vocabula tamen non est ho-
stri instituti omnia syllabatim venari & discute-
re, supplant illi multa verba quę si Latinus Inter-
pres addidisset nescio si vociferati fuissent nō ha-
beri in Hebreo ac proinde iugulādum. Idē. Psal.
4. quod suo loco omissimus, versu. 1. Intribulatio
ne dilatasti mihi, tamē si Græca lectio habeat per
accusatum, dilatasti me, nostra tamen Latina
Vulgata, quę datium habet, magis responderet
Hebreo. Quapropter non facile id per temerita-
tem debet immutari. Psal. 8. vers. 3. Ex ore infantium
et lacteum perfecisti laudem. &c. Non nulli va-
sores literę rigorem attendentes, verterunt, perfe-
cisti robur. Reprehédat ergo Euāgelistā Matth.
cap. 21. imo ipsum Christum, qui hunc locum in
Iudeos calumniantes retorserit. Nunquam legisti
itaquit, Ex ore infantium & lacteum perfecisti
laudem. Ecce Christus dicit laudem, & tu sapien-
tior Christo, aut Interpretē Ioanne Euāgelistā,
qui Matth. (referente Theophylacto) Græcum se-
cū secundum quosdam (Probabilius est enim
Matthicum scriptissime Hebraicē) vis melius trans-
ferre, robur, quā laudem. Sed quia de Diuō Mat-
theo

pars secunda.

40

theo incidit sermo, Græcē an Hebraicē scripsit, sic illis accedo, qui alserunt illum Hebraicē scrip-
pisse, vt non omnino falsitatis dampnum, qui Græ-
cē cum scriptissime putant, quia trecentis annis an-
te Christi aduentum curauit Dominus verten-
das Græcas literas, quod scriptura ad gentes
esset transferenda, quibus Græca lingua commu-
nis erat. Quare quidam incredibile putant, ali-
quid nouę legis Hebraicę conscriptū fuisse. Nec,
ideo dubitant, quin Mattheus Hebreis Græcē nes-
citibus, Hebraice scripsit Euāgelium, sed hoc
est coniecturis agere. Ad nostrum ergo institutū
revertamur. Item eodem Psal. versu. 6. non sati
circumspecte quidam nostram Vulgatam lectio-
nem prorsus ē libris delendam credunt (minuisti
eum paulo minus ab Angelis) dicentes, omnia
tam Græca quam Latina hoc loco castigari debe-
re, vt loco, ab Angelis, ponatur, a Deo. Nec so-
lum hunc locum, sed illum etiam in Epistol. ad
Hebr. capit. 2. similiter commutari volunt, ob
hoc videlicet quod in Hebreo, Elohim habeatur,
quod significat Deum, primum tamen illud est
aduertendum vt ibi notat Titelmanus, si omnia
quę in Psalmis inueniuntur apud Septuaginta in-
terpretes dissonantia ab Hebreo, debeant secundū
Hebraicē.

Hebraicam scripturā immutari, penē vniuersam
illorum interpretationem necessariō debere con-
fundi, similiter & vniuersis Prophetarum libris
cum plurima, ipsi, consilio & speciali diuini spi-
ritus inspiratione (vt pie, religiose, & vere creditur)
immutauerint. De qua re Augu. in lib. de Ciuitate
Dei, atq; dōctrinā christ. multa disserit, quēdā cū
hoc multo vetustior Irēneus in libris quos contri-
H̄ereticorū errores cōscripsit. Nos quoq; prono-
stro modulo paucula quēdam diximus in prē-
tione collationum, quas pro veteris Ecclesiastica
Latinę interpretationis noui Testamēti defensio-
ne, ferē ante biennium edidimus. Propter quo
in presentiarum ista nō repetimus. Addo et illu-
si ea quae in Euangelijs atq; Apostolicis literis o-
tantur ex Septuaginta interpretibus, debeant a-
rigi ad Hebr̄eam literā, quemadmodum aliqui
rū translationum Autores fieri postulāt, pleraq;
etiam in sacris Euangelijs esse immutanda, simi-
ter in ipsis Apostolorum literis. &c. & Paulō, in-
riūs dicit, H̄ec autem si quis attentet, non solū
(vt in Epistola ad Hebr̄eos) Interpretari argui
Paulinæ Epistolę, qui etiam ex Hebr̄eo vertiti
Gr̄ecum, verum etiam ipsas Pauli manu scriptas
Epistolas cogetur suis articulis emendare, siue
verius dicā in temerare atq; commaculare. Itaq;
siām si constaret, Hebraicē Elohin, non significa-
renī Deum, neq; aliquando pro Angelis posse
accipi, non tamen statim vnius hominis iudicio
deberet Psalterium, neq; Pauli ad Hebreos Epis-
tola, Gr̄eco sermone scripta, emendari, neq; è li-
bris, sanctorū interpretationes huic literę respō-
dentes eliminari, & eradicari: super hęc autem et
illud aduertendum est, Vulgatam istam lectionē,
quę ab Angelis, habet, nequaquam Hebr̄eo ad-
uerſari. Nam Elohin etiam Angelos potest signi-
ficare. H̄ec ibi loquitur celeberrimus ille Autor
Titelmanus, vir in literis & linguis sacris toti or-
bis peſtabilis, adducit in confirmationē huius le-
ctionis, quod Caldaica trāslatio sic habet. Fœlix-
Autor, & Pagninus eādem lectionem approbat,
sed & Reuclinus circa controversiam Hebraicæ
literaturæ peritissimus in rudimentis Hebraicis
probat, & exemplis confirmat nomen prædictū
Elohin cōuenire Deo, Angelis, & hominibus ad-
miratione dignis, & super hęc inueniri ait, pro-
idolis & iudicibus, quod etiam exemplis confir-
mat. H̄ec Titelmani doctrina pro multistibilo
deseruit, si eam adaptare oportunis locis me-
minet, Nec dictis obstat quod Hierony. iuxta

Assertionis vulgatæ.

Hebreacum veritatem paliter vertent: Nam Hieronymus traddidit illam versionem Sophronio disputationi cum Iudeo; qui penè per singulos sermones illudere volens Sophronium, asserebat non ita haberit in Hebreo, ut ipse opponebat, & aliud est inquit in Ecclesijs Christocredetum Psalmos legere, aliud Iudeis singula verba calunianibus respondere. Lege eundem Hierony. ad Sophronium. Nolint ergo noui impostores Euagelium Matth: emendare, et eius Interpretem in Græcum, qui fuit Ioannes Euangelista, nec velint Interpretem Epistole ad Hebr. damnare, quem ferunt quidam suis se Lucā, ex Hebreo, in Græcum. Ps. 17. Vers. 15. Altissimus dedit vocem suam grando & carbones ignis. &c. Faber reprehendit hanc locutionem, si quām incongruam, cum secundum motem Lationatis debeat recte dici. Dedit vocem suam grandinem & carbones ignis, appositiū per quartum cassū. Sed fallitur Faber quia potest subaudiri verbum, descendenterunt, ut dicit Pagninus, & Hieronymus, licet vertat per accusatiuum: tamē nostram versionem non rejicit, quod pater, ex tractatu ad Suniam et Fretellā. Nec ipse detrahit Septuaginta Interpretibus, ut dicit ad Sophronium, ut in Apologia aduersus Rufinum lib. 2. Ego ne contra

Septua-

pars secunda.

42

Septuaginta interpretes aliquid sū locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emendatos meę lingue studiosus dedi, quos quotidie in conuentu fratrum edisero, quorum Psalmos in i meditatione decanto; tā multus eram, ut quod in primitia didici, senex obliuisci vellem? Vniuersi tractatus mei horū testimonijs texti sunt. Hec Hierony. item Psal. 18. Vers. 3. Non sunt loquela nec sermones, quorum non audiantur, &c. Dicit Faber, accommodatus dicit, à quibus non audiantur, &c. vel, quibus: quia Hierony., iuxta Hebreos sic reddidit. Sed profecto fallitur Faber, quia Aug. sic legens, ut nos nō est ineptus. Legatur ergo magnum Ecclesię iubar Augu. & quas dicitis inceptias approbat ille cantus Doctor, in enarratione eius loci vers. 4. In omnē terrā exiuit sonus. &c. Quod quidam vertunt, filii & Pagninus, linea eorum, nō debuisse Musterius Pratensis, Pellicanus, immo Interpretes pro Caieta: tā modicā ratione duci, à communī lectione discedere, quā vultus Ecclesię recipit, et à Diuino Paulo allegatur: et recitatur ad Roma. 10. Profectos sūi versiū habet recēs natis derogat prædicationi Apostolice, que toti mundo quodā tonitruis infopuit, quod significatū est in die sc̄tō Pethei. Ænō illo aduētū Spiritus sancti clarissimē testāte.

F 2 Facit

Assertionis vulgaritæ.

Facit ergo, qui aliter vertit, ut nihil sibi credatur in vertedis Hebreis; qui maluit recedere ab Apostolo, quām à suis Rabinis, qui sine regula fidei interpretātur: hoc enim est iudaizare. Vers. 5. Inso-
possuit. &c. Placet. S. August. qui legit ut nos, nō
nus tamen arridet August. Eugubinus qui legit,
Soli possuit, dicens, quod nostra lectio non respo-
det superioribus, cum ante non nisi celos commi-
moraueat. Sed certe aliter dicendum, nam paulo
ante dictum fuerat. Dies diei eructat verbum. &c.
Et illud verbū, possuit in sole tabernaculum suū
ut copiosissimē iuxta ac sapientissimē disserit Di-
uus August. Psal. 19. Vers. 10. Domine saluum fa-
regem. Faber arbitratur nostram lectionem esse
quasi blasphemiam, quę videtur innuere Proph-
tam orare pro Christo. O lepide homo, quid nō
respicis initium ipsius Psalmi? Exaudiatur Domi-
nus in die tribulationis, An ignoras, quod huius
modi locutiones dicuntur sepe per aggratulatio-
nem, vel etiam Propheticē ponuntur loco futuri?
Sicut est illud. Quod facis, fac cito, & id genus
sexcentā. Item Psal. 21. Vers. 1. Deus Deus incus
spice in me. &c. Maxime videtur conuellendar
trema pars, quia dicit Hieronymus in cap. 21 Mat-
th. quod illud, Respic in me, est superfluum: sed

ad

pars secunda.

43

ad hoc diximus, & facilē soluitur objectio ex-
codē Hierony. in libello de optimo genere inter-
pretādi, nō verba esse cōsiderāda sed sensus, & uti
qué nihil damni hic est in sensu, si duo verba sint
addita. Idē dicēdū est quādo variātur verba, quia
certe varietas sermonū, spiritus vnitate concordat.
Psal. 27. Ver. 1. Et assimilabor descēdentibus in lacū,
nota diligenter, ut tu earis nostrā lectionē, nouam
acceptiōne & significationē cōiunctionis, et, non
enīm hoc loco simpliciter, ut solet accipitur, sed
posita est quasi pro alioqui: quemadmodū & in
Psal. 143. cūm dicitur. Nō aueritas faciē tuā a me,
& similis ero, des. in la. Psal. 30. Vers. 15. Qui videbāt
me foras fugerunt a me. Faber vult emendari le-
ctionem Latinam, ut particula foras, non iunga-
tur, ad, fugerunt, sed ad verbū, videbant, & dica-
tur Latiniūs, foris videbant, quia Hieronymus di-
xit, Videbant me in plateis. Hierony. tamen, et
August. in suis cōmentarijs ambo referūt ad ver-
bū, fugerūt, ut liquet ex eorū interpretatione. Itē
Psal. 32. Vers. 17. In abundātia virtutis tuę nō salua-
bitur. &c. Faber irridet nostrā lectionē, quasi ea
innuat equū nō posse saluari, quod dictum, esset
Propheta indignū, cū nullus vel obtusissimus Phi-
losophorū vñquā id ignorauerit, monet igitur ad

F 3 euitan-

Assertionis vulgatæ.

euitandū hoc in cōmodum, vt dicamus. Non saluabit. O lepidū caput, non intelligis equū ibi accipi methaphorice, iuxta sententiā Augus. pro qua libet huius sēculi amplitudine, atq; superba dignitate? Quę certè quāto celsior, eo periculosior est. Ps. 34. Vers. 12. Eripiens in opem demanu fortiorū eius. Faber contendit propter commoditatem Latinę locutionis legēdū esse, fortiorum eo. Verū iam admonuimus Ecclesiasticum ritum recepisse in aliquibus, Græcanicam loquendi formā, vt est illud. i.ad Cor. 13. Maior horum est, Charitas, pro, maior ex his, nisi acceperis cōparatiū loco ū perlatiū, quod est vīstatū interdū Latinis. Deniq; pro isto loco, & multis alijs deseruit tibi, quod tradit Diuus Augu. in. Ps. 82. Vers. 4. quōd quandoq; Interpres transfert locutionem Græcam, que Latinis in usitata est. Itē Ps. 36. Vers. 3. Pasceris indiuitijs eius. &c. Faber stapulētis Interpretē nostrū in iūs vocat, qui secundū rationē Latini sermonis dicere debuit set, pascere, per imperatiū, eō quōd p̄cessit, inhabita terram, & coniunctio habeat similes modos. Respondeo tamen, nostrum Interpretem plerūq; loqui more Græco, qui in non paucis receptus est in vīsu Ecclesię, vt vado p̄scari. Nec video insolitū esse Latinis aurib', quod cōiū

Clio,

pars secunda.

44

cōio, et, non semper requirat cōpares modos, quādo significat cōsequentiam rei, sicut hic, Spera in Deo, et fac bonitatē, & inhabita terrā, & certe ex his cōsequēs est, q̄ pasceris in diuitijs eius. Ps. 40. versu. 8. Aduersum me cogitabāt mala mihi, videtur hic esse superfluitas vnius pronominis: sufficiēbat enim alterum, vel aduersum me, vel mihi, sed dicēdū est, q̄ propter emphasim nō inutiliter facta est hęc repetitio, sicut solet nō raro in scripturis inueniri. Item Ps. 41. Vers. 2. Sitiuit anima mea ad Dcūm fontem viuum, Lyranus & alij quidā legunt, fortem, et quod vitio librarij fuerit positū fontem, sed tamen non est necessariū, vt dicamus esse lapsū commutatę dictionis. Nā ante sextin gētos annos, Aymo Doct̄or grauis legit fontem, similiter Diuus Aug. lib. Soliloquiorū. ca. 35. Ampli' etiā quisquis fuerit, qui edidit enarrationē in hūc Psalmū. Tomo. 4. operū Diui Hierony. legit fontē viuū, et interpretatur esse ipsum Bāptisma, & in Latinis cōsonatię gratia, propter Euphoniā, similia cognoscimus else facta, et aliquādo ipsa cōsuetudo cantantiū impedit correctionem, vt dicit Augu. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 13. Item ipse Hieronymus in Epistola, que fertur ad quendā Rusticū, citat iuxta Vulgatā lectionē, & litera

F 4 con

Afsercionis vulgatæ:

cōcordat, ad Deum enim fontem viuum sitit anima fatigata, et quod receptum est in vsu Ecclesiæ non est iugulandum. Item Psal. 50. Exultabit lingua mea, quidam dicunt, & exaltabit, propter accusatiuum, qui sequitur, sed non oportet, nā exultabit, idem hic valet, tanquam si dicas exultando laudabit, sic et verbum iubilate, cum sit neutrum, inuenitur habere accusatiuum: sicut Esaiæ. 49. dicitur. Iubilate montes laudem, & ita in Græco, qui bene norunt, dicunt haberi nō exultabit, sed exultabit. Idem dicendum est. Ps. 65. Vers. 16. &. Ps. 58. Vers. 19. Ps. 67. Vers. Vt quid suspicamini montes coagulatos. Faber vult vt legamus, montes coagulati, in vocatio, sed Augu. legit & interpretatur, montes, accusatio casu, et notum est Hebreos e. qualiter declinare suos casus. Etiam Psal. 77. Vers. 11. Nō est creditus cū Deo spiritus eius. Faber vult vt legamus actiuē, Nō creditit Deo spiritus eius. Et vt dicit Titelmanus, licet hic sermo, non est creditus, secundum Latinitatis usum, non est ad modū proprius reddit, quod in Græco legitur ad verbum. Idem iudicium est vers. 6. Ps. 84. Deus tu conuersus, Nam sic habet passiue & Græca lectio, & Hebreæ, vt bene ibi admonet Titelmanus. Item Psal. 106. Vers. 40. Effusa est contentio super Principes,

pars secunda.

45

cipes, licet quidam dicat, quod vitio scriptoris possum est, contentio, pro contemptio, Nihilominus tamen saluatur nostra communis lectio, quia sic legit Diuus Grego. lib. 9 moral. ca. 4. & Cassiodor⁹ prior Gregorio et Arnobi⁹ his superior legit & interpretatur, cōtentio, quanquam nō ita aperte, & trāslatio Chaldea clare facit pro nobis. Itē Psal. 109. Vers. 4. Tecum principium, Quidam putat esse vertēdum, Tecum principatus, sed certē vtrā quē trāslatio Psalterij, tā Romani quām Gallicani, nō principatum habet: sed principiū, & nō mē quod est in Græco indifferenter significat, principiū, vel principatus, & certē August. ita legit & manifestē disserit de principio. Et Diu⁹ Hierony. nobiscum etiam legit, principium cum interpretatur cap. 22. Matth. Item Ps. 125. Vers. 1. In conuertēdo Dominus, dic, quod est Hebraismus & Græcanica locutio. Etiam Ps. 136. Vers. 12. Allidet paruulos suos ad petram, licet Hebraicē, Græcē & Latinē habeatur, tuos, et sic legerunt omnes antiqui: nihilominus tamen possumus legere, suos, expōnendo Tropologicē, quemadmodum faciūt Arnobius, Hylarius & Augu. & Diuus Hierony. in cōmēt, et ad Eustochiū, de custodia virginitatis, Beatus qui allidet paruulos suos, hoc est, qui cohibebit

Assertionis vulgatæ.

bebit concupiscētiarum suarum primas titillationes, & Beatus qui allidet, o filia Babilonis, paruos suos ad petrā, vt alioqui intelligamus nostrū hominē exteriorem, Possumus etiam vti pronomine reciproco, pro non reciproco, ac si diceret, Beatus, qui allidet paruos cius ad petram.

Caput. 12:



E I N D V S T R I A sciēs & prudens, inuerso ordine Psalmorum, seruaui pro hoc capitulo integro, quod habetur versu. 16. Erit firmamentum interra. Ps. 71. Ut hoc loco explicatiūs et füssiūs dicerē, quod latiūs hic nos monet doctus et pius Titelmanus, & certe Vulgata lectio firmamētū legit, hoc. n. sonat Latinē, quod Septuaginta trāstulerūt Grēcē. Nā quod arbitrati sunt quidā scriptorū vitio, firmamentū scriptum esse, pro frumento, nō habet verisimilitudinē, licet beatus Hierony. ex Hebreo vertit, memorabile triticum. Paulus Burgensis vertit, cum alijs, placenta tritici in capitibus sacerdotū, secundū quorū concordē sententiā, Hebraica ista lectio poterit accipi, tāquām Prophetia altissimi Sacramen-

pars secunda.

46

mentī, et hoc non sine cōueniētia, neq; absq; Hebreorū autoritate fit, licet nō adeo in sensu literali et germano cū verbo nře Vulgate. Nihilomin⁹ cōuenit, christianos, Christi accipere mysteria, potissimum cū et inimici nostri Rabini aliquando sic exponāt, perhibētes testimoniū veritati, etiā si ne sciat ipsi, quid loquātur, nisi forte & illorū aliqui diuino meruerint radio illustrari vt talia dicerēt. Nec omnino (dicit Titelman⁹) est, q̄ cōtra prēdictā expositionē nobis quispiā obijciat, veteres christianorū Doctores istā intelligētiā nusquam indicasse, nā sic obijcētibus respondemus, nō ita plenē à primis illis patribus exhausti potuisse omnia, vt posteris nihil facerēt reliquū, imo neq; in cōsummationem vsq; seculi, exhausta erunt omnia quæ in abyso latent scripturę. Ita enim dispēsauit sua summa prouidentia sapientissimus Dominus, vt in cunctis generationibus profectum accipiat Ecclesia, & posteriores, continuo illuminationes nō uas suspiciant, in quibusdam quæ priores non aduerterat, licet itaq; primi Christianorū Doctores supradictā expositio nē nō possuerint, nō ob rei jēda debet iudicari: habet. n. Ecclesia dogma plura tēporū succēsu, determinatione spirituālē luminis peruestigata, quæ priscorum libri vel omni-

Affectionis vulgatæ.

omnino non continent, vel certe tractatu admodum sobrio, aut sub perplexa dubitatione, fuerunt tamen annis multis Christianorum magistri, atque Doctores nonnulli, ijq; non incogniti nomini, siue eruditionem variam spectemus, siue vitæ sanctimoniam, qui predictam sententiam suis scriptis firmarunt, inter quos est Nicolaus à Lyra, vir de sacris literis optimè meritus, & in antiquis Hebreorum scriptis non modicum versatus, nequé Hebraicę literaturę ignarus. Hęc ad longum prosequitur Titelmanus, vbi citat alios in hac sententiam, Echium et Fabrum, licet sensus & literaque in principio insinuauimus, pro lectione Vulgata magis faciat, Nam Rabini obstinatiissimi, licet in hoc nobis faueant, eorum fauor nobis aliquando utilis, non tamen adeo necessarius, vt illo pr̄termisso, nostra sibi non constet veritas, maxime cum hoc Rabinorum summum studium fuerit, vt plurimum, ea quæ Christianos in suę fidem commendationem cognoscunt assumere, quanta possūt diligentia, impiè subuertere, id quod in pluribus manifestissimum est, ijs, qui eoru in scripturam sacram expositiones, vel legerunt, vel adierūt, imo quę à veteribus Hebreorū de Messia exposita fuerūt in fauore Christianę fidei, ab ei

per-

pars secunda.

47

peruertitur ad temporalem regni Salomonis fœlicitatem, quos Christianorum perfidos hostes non absq; Christianę Reipub: detimento, feredos esse & legēdos puto, qui terrena sapiunt, et cęlestia non odorant, quibus sua deliria mel Atticū, & nečtar sapiunt, non aduertentes finem scripturarum Christum esse, nō Assyrios, Babylonicos. Horum Rabinorum toties mentionem facio, vt admonicām pium lectorem, ne circa talium lectio nem consenescat, sed graues, & sanctos Ecclesiæ Doctores voluat, reuoluatq; eorum expositiones toti Ecclesię tantoperē gratas, & tot annorum cētenarijs receptas: vt aniles fabulas pedibus protentes, Christum sapiamus. Hoc tantum propter loci opportunitatem obiter indicasse sufficiat: & de Psalmis plura refferre non libet, ex his enim, quę pauca notauiimus, habes armamentarium validissimum, vt valeas in multis alijs, Latinę et Vulgatę editionis germanam lectionem ab omni iniuria vindicare. Te vero quisquis huic nostrae Affectioni lector obtigeris obtestor, ne nostram brevitatem, iudicans tu prolixitatem indignē feras, si enim pius es, & fidei orthodoxę firmitate gloriaris, nec te viri siue affligit mysteriorū Christianae fidei commēdatio, si tua conscientia non patitur

Assertionis vulgatæ.

turte indignari aduersus laborem nostrū piū, & fidele studium, transibis absq; fastidio graciosus coniuia, vt scripta nostra tam fideli, quā tibi dantur mente recipias, forsitan et hic preparatum peries dulce ferulum, quod tibi erit, admodum lapidum, si Iesum amas dulcissimum æternū me patris filium. Intēde his quę huc vñsq; retulimus, & in exiguo opere grandia profectus incrementa recipies, & senties, & hęc de veteri Instrumento annotasse sufficiat.

VIA proximo capite ad finem, dixi me postremam manum ad mouere ijs: quę in veteri Testamento, pro veteri lectione notari poterant, dicam tamen, illud quod permanenter exciderat, cap. 19. lib. Iob. legit Vulgata Latina editio. Vel celte sculptantur in silice, vbi noster doctissimus Titelmanus integrissimus veteris Latinę & Vulgatę editionis assertor, hoc loco facet orationis scriptoris, pro certe, celte, esse possum assertens quę verba sequuntur. Ceterum, quo odiuxta Vulgatos codices subsequenter legitur. Vel cel-



pars secunda. 48

re sculptantur in silice, sciendum est corruptam & indoctam esse lectionem illam, quę celte, per. legit: non enim celte legendū est, vt barbari quidam Autores adinuenerunt dicentes, nomen celis vel celtes significare instrumentum, quo viiun tur sculptores lapidum, acelando nomen asserentes deducuntur: est enim id figmentum nouitium & ingeniosum quoddam inuentum, maximē cū nullus commentator, qui in hunc librum scripserunt de huiusmodi instrumento, quicquām annotauerit, non de illis tantum vetustissimis loquitur Hieronymo, Philippo, aut Gregorio: sed et deis, qui multo posterius scripserunt, Bonauentura, Thoma, Lyrano, quorum nemo vel meminit celtis instrumenti, quod barbari somniauerūt Autores, facilimēq; aduerti ex ipsoru potest enarratione q; certe, legerint, nō, celte. Deniq; ne quis putet nouitatē me velle inferre, etiā libri antiqui āte annos multos typis excussi in ipso cōtextu, certe, habet, nō celte, et ipsi barbarorū quorūdā dictionarij, quorū hoc est cōmentū, & inuentū, non disimulat in vetustis codicibus, etiā apud Gregoriū legi, certe, non celte, quā tamē lectionem vt indecipi refellunt, ne non sit locus suo figmēto, in quo ingeniosi videri cupiebant. Postremo neq; in

He.

Assertionis vulgatæ.

Hebræo neq; in Græco vlla fitmentio sculptori huiusmodi instrumenti, Hæc quæ diximus Tid mani sunt verba, & quæ ibi ex Græco, & Hebræo recenset: miror tamē hominem, qui se totum in Latinę Vulgatæ, & veteris editionis patrocinium deuorauerat, tam ieiuna ratione illam hoc loco deserere, nam multi legunt, celte, vt vocabularia Ecclesiastica, testantur & Diuus Hierony. in Comment. legit pro textu celti, non certe, vt viderent in eius libro. Diuus quoq; Grégori apertissimè eodem loco, hæc eloquitur verba ad finē capitis. lib. 14. vbi inquit, Quæ tamen beati Iob verba, sa etæ quoq; Ecclesiæ congruūt, quæ, duo sacri eloquij Testamentæ custodiens, quasi secundo sermones suos scribi expedit dices, Quis mihi tribua ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut arentur in libro? Quæ quia fortis sententia modo per pondus avaritiae grauibus, modo autem duris cordib. loquitur, styllo ferreo in plumbi lamine, vel celte in silice scribit, Ecce ergo Hieronymi legentem, celti, et Gregoriū legētem, celte, nullus lus tamen eorum, certe: discriminem tamen inter il penes hoc stat, si debeat nomē inflecti celtes aut celtis, vt sic cassus ablatiuus, celti, vel celte terminetur. Et miror Titel manū adeo in omnibus cir-

cum-

pars secunda.

49

cunspic̄tū hoc non perpendisse, mitto quod Dionisius hoc loco nō omnino improbat nostram lectionem, dum ait, Aliqui legunt, vel celte sculpātur, asseritq; Albertus, quod celte sit nominē inde clinabile, designans instrumentum cementarij, quo lapides sculpuntur durissimi, porrō in manu motrectu Biblię, legitur, quod celte sit ablatiu, significetq; ferreum instrumentum, conueniens ad sculpendum. Hęc sunt verba Dionisij, quibus non omnino improbat nostram lectionem, licet aliam probasse videatur, & sensu Vulgata lectio mirè quadrat: optabat enim patientissimus ille Iob, sermones suos ita sculpēdos, vt nulla temporis intēperie, nulla ve rubigine, eorum notitia intercederet, quod diuturnius & permanentius effici nequivat, quām si lamina, vel silice, instrumento illo sculperentur, quo apposito, petre durities cioperanti cederet.

Caput. 14.

ICE T necessariō cōcedamus vo ces quasdam, quæ Hebraicē habē tur esse polysemas, varios concep̄tus & multas significationes cōprehendentes: tamen significatio

G positi-



Assertionis vulgatae.

posita ab Interpretate Vulgato est melior, & alia
nō ita bonę vt dicit Augu. exemplificans de illo,
Veloces pedes eorum, quod alij vertunt, (sed non
ita bene) acuti pedes corum. &c. Et profecto Spir-
itus sanctus bene nouerat, quod Ecclesia per mu-
tos annos vsura erat voce & significatione, quam
transtulit Interpres, & quod illud futurum era
Ecclesię magis proficuum, quām alia significatio
quę dimissa est, & nō ita acceptata ab Interpretate,
quamvis Hebreę vox, vnam & alteram signifi-
cationem contineat, Multa enim mysterio vacan-
tia creduntur, quę ingēs sacramentum intus habet
exempli gratia, diligentissimi Hebrei in editione
Bibliae Complutensis hoc summopere notarum
& est, quod men, Hebreorum, quę respōdet no-
strę literę, m, qua scribitur, alma, est clausa & nō
aperta, quod est contra Grammaticam Hebreę,
quę p̄cipit, vt litera illa, quę est aperta seruat
medio, & quę est clausa, seruat fini dictio-
num. Hoc tamen factum est non vt temere vio-
lentur Hebraicę linguę p̄cepta, sed vt denote-
tur integritas, & incorruptio intemeratę virgi-
nis Marię. Hoc idem reperitur in dictione He-
braica, quę correspondet verbo, multiplicabi-
tur, quod est apud Esai. Multiplicabitur eius im-

pe

pars secunda.

50

peritū. &c. vt notetur, ī imperiū Christi totū or-
bē amplexaretur. Cōsule obsecro Lexicō Ecclesia-
sticū Autore fratre Didaco Ximenez, verbo, A al-
ma, & Matth. 16. Tibi dabo claves. &c. Ad signifi-
candū Ecclesiasticā & spiritualē potestatē Beato
Petro & successoribus à Christo collatā, ad remit-
tenda vel retinēda peccata, Nā si de clauibus spiri-
tualibus nō loqueretur, diceret, aperueris, clausē-
ris, & non diceret solueris ligaueris, &c. Non
enim sunt ista tam segniter expendenda. Multa
enim superficie tenus non ita apta soli Gramma-
tico videbuntur, quę præclaro Théologo pro-
bantur. Quare ne nō illa facile reprehēdat, vt Eras-
mus qui verbum Euroaquilo, quod habetur Act.
27. inaniter se discruciat, quomodo dictio hæc
sit cōposita ex duobus nominibus vētorū adeo cō-
trariorū, vt sunt Eurus et Aquilo, hoc tamē facile
soluitur, si aduertas mediū participare naturā &
nomē extremerū, et ita vētus interflas, horū duo
rū nomē sortitur & sepe duo vēti sic dimicāt, vt
nubes altiores inferioribus contra moueantur,
et facile est cōponere pacē affectati, quę superficie
tenus pugnātia vidētur, quod cōsiderare potuiss-
et bonus illē p̄ceptor Antonius Nebrissensis

G 2 cum

Assertionis vulgatae.

cum dixit, ex quo sit ut mirandum sit quid per mandragoram Interpres sacrarum literarum intellexit, in Genes. cap. 30. & Cant. 7. Sed profecto cessaret hęc admiratio si consideremus quod & si mandragora frigida sit: aliquo tamē modo minuetur eius frigiditas, & ex consequenti malitia, si seminetur & nascatur in terra calida, qualem in colebant, Lya, & Rachel, si quidem constat ex Mefise et alijs, proprias qualitates plātarum ex diversitate, & alia temperie terrę augmentari, vel diminui, & multipliciter variari. Discant ergo omnes nobiscum sacrorum Bibliorum non solū sensa, sed & verba reuereri, & omnibus alijs nouitaribus anteferre, quales sunt quā à multis antiquis quibusdam circumferuntur, ut illud, Matth. cap. 17. Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, &c. Græci Codices dicuntur habere, sicut lux, vellūmē, sed nostra lectio Vulgata aptior est, magis enīa cōuenit, nix, ad id quod præcedit, alba, non enim apta videtur comparatio dicēdo, facta sunt alba sicut lumen, cum lumen non sit album, et nix vtrunq; habeat, & albedinem, & splendidum lumē, qua de causa aērem clariorem reddit atq; ideo ēgris oculis nocet, cum ipsa nix, immo omne album sit disaggregatiū visus. Neq; opor-

ter

pars secunda.

51

tet iam nostram Vulgatam editionem ad Grēcos Codices per omnia collimari: nam illud Matthēi. 25. Exierunt obuiam spōlo, & sponsę, Grēci Codices non habent, & sponsę, ut ibi dicit Titelmanus. Et illud Ioannis. i. Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Grēci Codices, qui nūc sunt in manibus, ita legunt, & textum ita distinguunt, ac deinde: In ipso vita erat. Iuxta quam distinctionem Chrysostomi et Theophylactus enarrant illum locum: sed melius nostra Vulgata quae legit, & sine ipso factum est nihil, faciens ibi punctum. Item Ioannis. i. Qui tollit peccata mundi, Grēci Codices dicuntur habere numero singulare, Peccatum mundi, sed non multum est discrimen. Nam ut Theophylactus bene annotauit fortasse per hoc quod dicit peccatum, ingenere dixit & de omnibus sicut solemus dicere, defecit homo, hoc est omnis humanitas, à Deo. Ex Cyrillo et Chrysostomo quid legerint, non colligitur, sed quod plurali numero intellexerint, manifeste cernitur. August. nobiscum plurali numero legit. Quomodo autē Grēci Codices, qui nūc sunt in manibus, variēt ab illis qui fuerunt olim, elucidat Titelmanus noster illis super verbis. Hęc in Be thania facta sūt. &c. Ioānis. i. Legē eundē in anno

G 3 tatio

Assertionis vulgatæ.

tionibus super illa verba Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit. &c. Vbi docet Græcè non haberi, renatus, sed simpliciter natus, sed verior est nostra lectione, quia ibi sermo non habetur de nativitate carnali, quæ prior est, & vetus nativitas, sed de spirituali, quæ est quasi secunda, & noua nativitas. Item illud Ioannis. 7. Non enim volebat in hunc dæam ambulare. &c. videtur variâ fuisse huius loci lectionem, cum Chrysostomius legat. Non valebat, vel poterat. Sed Theophylactus nobiscum legit, & interpretatur. Immò Titelmanus dicit quod omnes Vulgati Græcorum Codices cōsentient, ut legit Augustinus iuxta nostram lectionem. Postea motu tandem loco, ut absolutam. 14. capitulum sub iijciam, quæ noster Titelmanus scribit, in elucidatione, cap. 5. in Ioannem, ad illa verba, Est autem Hierosolymis probaticapiscina, Græca exéplaria Vulgata, quæ nūc sunt in manibus, sic habent. Est autē Hierosolymis super pbaticā, vel ad pbaticā, piscina: vt significetur piscina, vel pars eſcē eius loci, qui pbatica dictus eſset, vel iuxta locū illum sita. Verum tale nihil ex vlo Græcorū Cōmetariū, vel tenuissimo indicio habetī potest, quia immo Theophylacti interpretatio satis aperte testari videtur, qđ nostro modo legerit, Probatica

piscina.

pars secunda.

52

piscina, Dubio illa in eodem casu iungēs, vt adiectiuū cū substatiuo ſolet coiungi. Hęc & alia leges in Tielmano: & tandem nostre lectioni cōſentient, quę d̄hac reſcribit Diuus Hieronymus, in lib. de locis Hebraicis. Vnde magiſter noster Nebrisſēsis non debebat dicere, Sunt apud noſtros hoc loco tria errata. Primū qđ legendū erat, in probatica, et detracta eſt, pr̄positio, in, Secundū erratū, qđ pbatica, & piscina, legūtur coiuncta, ac ſi eſſet adiectiuū cū ſuo ſubſtatiuo, cū ſint interpuſgenda. Tertiū erratū eſt qđ pro Bethesda legitur, Bethſayda, ſed parcamus tāto magiſtro, quē vt nřum pgenitorē in multis laudare tenemur, in hoc tamē excusandus nobis nō imitādūs eſt. Suo. n. rēpore nō erat rerū tantā li bratio quāta modo. Nřum Trexo Placētinum in ſuis Cōmetarijs ſuper illū locū, miror ā nřa & cōmuni lectione diuertifſe. Sed pro. 14. capite, haec ſint ſatis.

Caput. 15.



I X I M V S multa in p̄ehabitis non ſolum vetus, ſed & nouū Testamētū cōcernētia, quibus iā nō nullā adiungemus, vt rāquām ex vnguibus Leonē valeat amator.

G 4 vete-

Assertionis vulgatæ.

veteris Latinæ editionis dignoscere, alia quæ sciē-
ter omittimus, ne in plusquam iustum volumen, li-
bellus noster ex crescatur, & ita annotabis quod Do-
ctissimus alioqui Caieta, nimis licenter loquitur
dum immerito reprehendit & ipsum Lucam de-
ratione Grammaticæ in Cantico Zachariæ, quod
dixerit, ius iuradū quod iurauit. &c. Luc. i. Et ipse
Caiet. ait debuisse dicere, Ius iurandi, sed certè Ca-
ieta, parum attendit, quod id legatur appositiū
ad id quod dixerat, Ad faciendam misericordiā
&c. Illud etiam propria autoritate emēdat apud
Matth. 24. Camellum glutientes. &c. Ipse ita cō-
mutat ut pro Camello musconem, aut muscam,
aut vespam dicamus. Non enim aliter, inquit, qui-
drat methaphora, non enim solet deglutiiri camel-
lus, sed certè nihil Caieta. per hoc concludit, nam
nec solet esse trabes in oculo, & tamen Dominus
ait, Trabem in oculo tuo non vides, et apud crudeli-
tos multæ tales sunt locutiones, ut illa, Asinus ad
Lyram licet, asini non soleant pulsare Lyram, aut
ad eius sonitū saltare. Lege annotationes Catha-
rini, lib. i. vbi etiam notat Caietanum, quod pu-
tet mēdosam esse literam Marci. 15. ibi, Erat autē
hora tertia & crucifixerunt eum. Putat Caietan.
legi debere, hora sexta, nec aduertit quod paulo

pars secunda. 53
post sequitur, et facta hora sexta. &c. Prudentius
ergo erat acquiescere August. lib. 3. de concordia
Euangelist. cap. 13. Et aliorum sanæ distinctioni
qui dixerunt pro concordia Euangeliarū, quod
hora tertia crucifixus fuit sententia et acclamatio
ne Iudeorum, sicut Marcus dicit: hora vero sex-
ta, facto ipso, sicut alij Euangeliæ testantur. Si-
mili vitio laborat Dominus Caieta, dum puncta
quæ communiter sunt in omnibus Codicibus si-
gnata in constructionibus sacræ literæ, ita ipse nō
nunquam mutat ut sensus verus amittatur, et a-
lienus introducatur, ut illud plenum gratiæ et ve-
ritatis, quod conuenit verbo Dei, conuenientissi-
me, ipse mutato pūcto voluit aptare Ioanni. Hæc
et alia breuitatis gratia libuit ptransire, ne videar
nimis importunus exactor. Abunde enim Ca-
tharinus (et plus iusto aliquando) infectatur Cai-
etanum. Idem iudicium videtur ferendum de qua-
euhiq; alia noua vocum mutatione, quales mul-
tas reperies iam. Talis est illa, quantum assequor
nisi me animus fallit, qua in Fœsto Trasfiguratio-
nis, in Epistola dicitur, quæ est. 2. Petri. i. Nō enim
doctas fabulas sequuti, ut legit Erasmus, non erat
tamē cur nostra vetus Vulgata Latina editio mu-
taretur, quæ legit. Nō indoctas fabulas. &c. Quā
le-

Assertionis vulgatæ.

lectionem habet & Biblia Complutensis & multi ex antiquis, qualis est venerabil. Bed. Doctiss. & probatiss. in Ecclesia, Augustini compilator, ut dicit & ipse Erasmus, Annota. in Lucam, cap. 16. De Beda scriptores multa & preclara tradunt, inter quæ sermonis Græci non ignarus, imo scientissimus prædicatur, ita ut parèm sibi, illo seculo non habuerit. Eandem lectionem egregiè (vt cetera solent) interpretatur in suis Comment. uberrimus ille sanctimoniae & doctrinæ limpidissimus fons Diuus Thomas, & idem dices de verbo, quod ibi proximè habetur, virtutem & præscientiam, iam vero Missale dicit, præsentiam, quod non ita quadrans est, & id genus sunt alia, quæ in Missali novo notabis: si tamen hæc de mandato summi Pontificis mutata sunt, nihil dubito de his recipiēdis, crediderim tamē summū Pōti. præcepisse impressionē, & ad hoc licentiam et proprij motus literas exhibuisse, probasset tamen has nouas vocum mutationes, hactenus Papali promulgatione nobis non innotuit. Duo summi Pontif. facultatem cōcesserunt, vt Pagnini Biblia imprimeretur (vt videri potest in eius principio) per hoc tamen nequæ in toto, nequæ in partib., ita ab illis probatur Pagnini Biblica trāslatio, ut eam non liceat post ha-

pars secunda.

54

habere. Reijcitur enim in multis & in nullo est preferenda, immo neq; equanda veteri Vulgatæ Latinæ editioni, ut merito sanxit sacrum Concil. Trident. toties à me repetitum. et non sinistré (vt reor) explicatum. Hanc nouitatum affectationē reperies in nouo Testamento, nō semel inculcatā ab ijs, quos proximo sequenti capite impugnare animus et ratio est.

Caput. 16:



IRCA nouum Testamentum videbis Erasmū, Fabrum, & Laurentium, à communi via exorbitates, ut aliquid nouum sc dicere videantur: maximè tamen omniū Erasmus, qui in prefatione suarū annotationū aper te facetur, se in illis addictū inuētis. Æcolampadij viri iā ab Ecclesia dānati, & tamen conatur Erasmus nobis suadere illi⁹ somnia, quæ Græca & Hebraica dicit. Vnus tamen locus ab illo Erasmo viatiatus ingentē cordi meo cōcitat dolorē, locus tamen, qui liti ansam obtulit est ille. 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Erasmus ibi, tres huius loci insinuat

Assertionis vulgatæ.

at lectiones damnas hanc, quæ Vulgatæ est, vt ipse fatetur Erasmus. Immo nulla est Biblia Vulgata quæ ita non legat, etiam si consulas Robertum Stephanum qui in hoc non, in alijs vero asteriscis & obelis non necessarijs vtitur, modo addendo, modo iugulando dictiones, quæ res iam ociosa est & nocua, vt in nostro Codice trium statuum exacte probabimus. tracta. i. qui de regulis sacre scripturæ inscribitur, regula. 66. Hæc tamen Pauli lectio, quod sit Vulgata negari nequit, nisi quis velit aperte Concilij decreto obsterere. Hæc enim legitima est consequentia, Omnis lectio Vulgatæ editionis ex decreto Concilij est admittenda, hec, omnes quidem resurgemus, &c. est lectio Vulgatæ editionis, ergo hæc est admissenda. Discursus est legitimus, & maior ex Concilio constat, minorem vero factum & experientia comprobant. Nulla enim est lectio ex omnibus Biblijs Vulgatis, quæ aliter habeat, immo ipse temerator Erasmus, hanc esse Vulgatæ lectio nec aperte testatur, illa tamen nihil cunctatur mendare credes emendare. Est et aliud argumentum, quo quidam Iuniores vntuntur, quod si predicta lectio esset iam authentica per Conciliū, sequeretur iam

damna

pars secunda.

55

dæmnatam eise opinionem illorum, qui dicunt illos saltem iustos, qui sub articulum aduentus Domini, viui reperientur, non merituros, sed in aera viuentes rapi eos obviā Christo, & apud Grecos & Latinos varia est illius loci lectio. Lege Cætharinū hoc Pauli loco, qui tres ponit lectiones et nostrā probat. Alij enim dicunt. Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur, hi ceteri nondus gordianus facile dissoluitur. Nam Diuus Thoma etiam si vt nostra Vulgata legat, sicut omnes Latini, & nonnulli ex Grecis, illam tamen opinionem de iustis tunc non morituris ait, non esse contradictionem (licet ipse aliam, vt communioram & secundariam amplexetur) & tunc ait nostram lectiōnem cum illa prima opinione concordare, quod intelligatur non pro omnibus sed pro pluribus, non pro singulis generum, sed pro generibus sanguinorum, quoniam quotquot morituri sunt resurgent, & nulli sunt, nisi qui morientur, resurgent, vt modo talis lectio salvatur, quod omnes sint morituri ac proinde resurrecti ne mine excepto preter Enoch, & Eliam, quos sacra oracula viuos disparuisse commemorant. Morientur tandem tempore Antichristi, vt habetur Apocalips. cap. ii. quod & tenet Tho. super ad He. capit. ii.

Ie.

Affectionis vulgatæ.

lectio. I. & communiter omnes exponentes illa loca, & ita expressè exponunt cap. vndecimum Apocalips. Legè etiam Nicolaum grādis super Epistol. ad Heb. cap. n. Hæc quæ modo diximus etiam sentit doctissimus Soto. dist. 43. quæst. 2. ar. 4. Et quod Maius est, & multum ad hoc propo- situm facies, Ioannes Ganeius vir in Vulgatam non multum affectus, codem loco super Paul. di- cit, Gregam Cyrilli in hunc locum expositionem nostræ versioni p̄t omnia consentire, & ibi Gra- cē interserit Cyrilli literam; & tandem aliam le- ctionem. Non omnes dormiemus, sicut accipien- dam, quod nequaquam longum somnum dor- miemus, adeo ut sepultura sit opus, sed quod bre- uem mortem, qui tunc viui inuenientur susci- nebunt, propter eam quæ in momento futura est resurrectionem. Vide quoque nostræ Vulgatae lectioem semper & magis quadrare, sicut illa quæ dicimus. Non resurgunt impij in iudicio, po- tor est alia lectio, qua quidam apertiūs vertere se credunt, vertentes, non obtinebunt causam, quia hæc lectio videtur litem intendere Christo, & quasi litigio vitam eternam postulare. Pluri- mat sunt loca, & quæ lectori fastidium generarē si singula essent examinanda, sat erit si nonnulla

pars secunda.

56

vt diximus dicere pergamus, vt ex his cætera in- ternoscere valeas. Minutissima enim quid refe- ram? In quibus inaniter se discruciat Valla, vt in Marcum. cap. 12. Verbo. Baptismum Ioannis dicens, Cūmenim habeamus hoc Baptisma, & hunc Baptismum à Græcis, quo sum opus erat configere barbaram vocem tertiam, hoc Bap- tismum? Sed certe Grammaticus Grammati- cam tractet, Theologo enim luculenter appare- bit, August. ita frequenter loqui: sic enim loqui- tur tracta. in Ioann. 4. in cap. 1. Rursus tracta. pro- ximo, & alibi nō raro. Idem facit Laurentius Val- la quoque in Lucam cap. 1. Abraham, & semini. &c. Disputat ille, potius dicendum, apud patres nostros, quam ad patres nostros; sed taxandus est Valla, quia quemadmodum Latiné dicimus, scribo tibi, & scribo ad te, mitto tibi, & mitto ad te, loquor tibi, & loquor ad te, ita Luca. utro- que modo variauit sermonis figurā. Patiturone ignorauit quid diceret Valla, dum super Lucā, cap. 7. Pauperes euangelizantur, maulli euāgelizāt, quā euangelizātur: sed debuisse aduertere, quod Græci dicunt, Euangelizo te, pro eo, quod es. Ad ferotib⁹ bonum nuntium. Ita dicunt, ille Euangeli- zatur pro eo, quod est, accipit dētum nun- tiū,

assertionis vulgatae.

tiūm. Pari piāculo offendit Erasmus ferē in omni bus; aut pluribus annotationib⁹, quæ recensere longum esset, sat erit si lectorem mittamus, vt illumi attentē & cautē legat: respurgit enim sua scripta assiduis et mordacibus sanctorum increpati⁹bus, quæ exigunt lectorem docilem benevolū & attentum. Lege Adamum Minoritam super Paul. Vbi multis in partibus impugnat ver sionē Erasmi, Vallē & Stapulensis, Idē quoq; facit per doctē Catharinus super Paul. Epistolas. Illi Autores Grammaticę Grēcanicę insistentes inter se disident, & cum verum vero consonet, ipsi tamē cum non concordant, sed semper Interpretem veterē insimulant vel quod dormit auerit, vel ignorauerit, & alia istiūs modi probra in illum iactant. Bone Deus, quis nō videat (vt vel vnum exemplum proferam) quod Latinus Interpres magis curat sensum, quam Grammaticę inscriuire? Quale est illud, Lac vobis potum dedi non escam, prima Corinth. cap. 3. Impropiam loquitionem hac esse autem Erasmus, quia inquit ille, esca, vt cib⁹ sumitur; non vt potus; sed certe non. ideo hōc dixit Paul. Sed quia esca solidus cibus est & proutectorum; & masticari debet, quia non ita quidc; vt potus in stomachum traiicitur, huic est similitudinē.

pars secunda.

57

simile, & atfinc quod legitimus Matth. 22. Nec nubent, nec nubentur, quod verbum in nostro ysū passiuam vocem non habet, sed est neutrum passiuum, quia in voce neutra significationem habet passiuam, & cogitur Interpres Latinus aliquando his vocabulis impropriē vti, propter defectū propriorum vocabulorum. Nubuntur enim à parentibus liberi, quando eos nuptuitradunt, Antiqui tamen vrebantur hoc verbo tanquam aetio, vt Plautus, Hic cum mala fama facilē nubitur vel nubetur, Ita Plautus in Persa. Simile iudicium est de illo testimonio Machabeorum, lib. 2. cap. 7. Noli frustra extolli vanis spebus, &c. Vbi ablatis, spebus, ponitur, cum Grammatica Latina docet, genituo, ablatuo, datiuo, non reperi, sed certe optimè in scriptura ponitur, vt significetur, terrenis, & terrena solum affectantibus, varias esse fiducias & confidentias, quibus omnibus non satiat appetitus humanus, ijs tamē, qui cœlestia considerant spes vna sufficit, quę Deum pro obiectione habet. Et pr̄ter hanc cōsiderationem, & Calepinus ipse dicit, Sperum autem nusquam (quod sciām) reperitur, spebus, rarissimē, quod bene nota. Ex mutatione vnius literulę facile invertitur totius loci vera et Germana sententia, vt Erasmus

H facit

Assertionis vulgatae.

facit (proferam vnum è multis exemplis) ad Philipenses, cap. 4 exponens illud, Etiam rogo & te germane compar, legit ipse, Germana compar, verum palam obseruit Chrysostomus inquietus. Quidam dicunt, Paulum hic obsecrare vxorem suam: sed non ita est; Et Theophylactus prosua sententia duas assert rationes, altera est, Nusquam inquit, legimus Paulum habuisse uxore, altera est, si de uxore sensisset, dixisset hoc modo, Rogo & te germana compar, Quæ posterior ratio quantum ponderis habeat, expendat studiosi. Efficaciorum rationem quam sit Theophylacti, adducit Aëcumenius, Stulta inquit, cogitatio eorum est, qui uxorem Pauli hic accipiunt, nunquam enim sive uxore habuisse, Philippis eam reliquisset, sed vel Hierosolymis, ubi educatus erat, vel in civitate Tharsensi, ubi natus erat. Faber Stapulensis audacter transfert, Germana coniux, & in annotationibus mordicus defendit, Paulum uxorem fuisse, citat pro se Ignatium, & Clementem Alexandrinum, sed profecto illi non ita aperte suffragantur. Ut tamē finem dicendi plura faciam, libet postremo loco, non nulla loca tractare, Epistole ad Roma, sequutus sapientissimum fratrem Titelmannum, qui in suis collationibus magna eruditio-


tionis

pars secunda.

58

tionis energia hoc fusiūs, & doctiūs fecit. Quę tamen ille dixerat multis, ego quām paucissimis potero perstringam.

Caput. 17.



P I S T O L A hęc ad Roma omnium difficillima, & sermonis pariter, et sententiarum obscuritate, prima ab omnibus asseritur. Igitur si in his per Dei gratiam, ubi & tentiarū est, et verborum difficultas maior, ostenderimus multa optimē posita, quę à quibusdam translatoribus reprehensa inueniuntur, atq; taxata, complura etiam ab illis immutata innouataq; quę et sine periculo, & maiori potuissent commodate relinquere. Credo facile persuassum illis fieri posse, & in ceteris ita rem se habere, ubi minor fuit interpretādi difficultas. Ego aduersus nemīcē me oppono, neq; cōtrariū quequam tecum protuendis enim veteribus (potissimum ijs quo tu autōritas grauis est Ecclesię) laudandus est cognatus, etiam si, quod conamur nō per omnia fuerimus assecuti. Cap. 1. ait Paul. Qui factus est ei, &c. Quidam legi volunt, Qui genitus est ei, sed

H 2

Vul

Assertionis vulgatæ.

Vulgatam lectioνem probat Titelmanus ex Thefauro Cyrilli, & quia Gr̄ecē participium sic habetur, & si durum videatur Christum dicere factū qui est etermus, nota, quod sequitur, et quod mox adiungitur, secūdum carnem. Ita Ambrosius hoc loco legit, & interpretatur, et lib. 3. de fide. ad Gratianum Augustum cap. 3. Beatus quoq; August. lib. contra heres. 5. Tertullianus, in lib. aduersus Praxeam, & Ir̄eneus, lib. aduersus heres. 3. cap. 7. & Beatus Hylarius, lib. 7. de Trinit. ca. 4. Verbū, ei, etiam reiicitur à quibusdā, quia dicunt tale pronomen in Gr̄ecorum codicibus non haberī, sed certe alij aliter dicunt, vt idem Titelmanus ibi, et hic modus admodum familiaris est scripturis, vt filium patri natum dicant, quasi precipuo generationis Autori, quemadmodum dicitur, Sarā peperisse Abrahā seni, Isaac, & Christus & nobis natus est, et patri, et omnes quos diximus Autores ita legūt, qui factus est ei. Itē eodem primo, ca. vbi Vulgata legit, Qui pr̄destinat' est filius D̄ei, qui dicunt, legendū esse, destinatus, aut declaratus, sed lectio Vulgatæ vera est & melior, & Christus, vt secundum carnem factus est, ita secundum carnem pr̄destinatus dicitur, & nostro Interpreti venit in mētem dicere, pr̄destinatus,

vt

pars secunda.

59

vt innueret Apostolum non de temporali iussione, sed de illa Patris eterna pr̄destinatione loquitur. Ita August. in lib. de pr̄destinatione sanctorum, cap. 15. Ita legit Ambros. Hylarius, & Ir̄eneus. Itē eodem. 1. cap. Secundum spiritum sanctificantis, dicitur, Alij verō legunt, Per spiritum sanctitatis: sed vetus lectio approbatur etiam ab Origenē & Theophylacto. Item eodem, cap. Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, Alij tamen aliter legunt. Sed considerandum est, quām varijs eiusdem ferè etatis homines, ex Gr̄ecorum fontibus, in suis translationibus comperiantur, ex quo discant ipsi, si quando cum illis non consentiat per omnia veteris Interpretis versio, non statim tantum quām malā, ac depravatam insectandā esse, sed existimādā (vt ipsis evenit) aut variaſcē, quē olim extabat & quē modo sunt in manibus exēplaria, aut variam & ambiguam esse originalis lectio & nis sententiam, & pro sensuum diuersitate, translationes diuersas exoriri potuisse, Huius rei benigna consideratio modellos, in alienis interpretationibus, reprehensores procul dubio efficiet & sine cōtentione, diuersā subinde (modo semper vera) facile admittet lectionē, ita vt nostra Vulgata, legit, August. & Ambros. & alij quām plures

H 3 hoc

Assertionis vulgatae:

hoc loco, tā Græci quām Latini, vt ibi probat Telmanus. Ita Irēneus legit nobiscū, lib. aduersus hēres. 3. ca. 7. Fatorē equidem multum ad intelligentię claritatem facere, vt litera nonnunquam omīsa, clariorem verbis alijs exprimamus sentē. tiā: verūm hoc Paraphrasti magis quam Interpreti cōpetit. Cūrandum est tamē, vt quantum fieri potest, originalis lectioñis fæcunditas, interpretatione non stringatur, & quemadmodum pēnam commeretur, qui fontis per multos meatus dulcē aquam proferentis, vnum aliquē, vt nihil ultra inde fluat, obstruit: sic culpa omnino nō vacat, qui Interpretē se profiteretur, si originalē lectioñē multiplicis intelligentię aqua salutari animas legentiū irrigantē, prēter necessitatē ita constringat, vt non nisi ex uno meatu queat affluere: quod vero obscurior videtur nostra lectio, nihil cuiquam mirū videri dēbet, si obscura sit interpretatio, vbi non est clara originalis ipsa lectio scripturę. Itē illud, Per quē accepimus gratiā & Apostolatū, qui dam vertit, Apostolici muneris functionē, sed certē sicut Episcopatus & functio Episcopalis munēris, non sunt idē, aliqui enim sunt Episcopi, & Episcopali munere nō fungūtur, (quod sanē dolentes hac nostra tempestate in quamplurimis expe-

ri-

pars secunda.

60

rimur) sic etiam, differūt Apostolatus & Apostolici muneris functio, & functiones Apostolatus varię sunt. Melius ergo nostra Vulgata legit. Idē eodem cap. Ad obediendum fidei, meliusquām ad obedientiam fidei. Et ita vt nos legit & interpretatur Thēophylactus. Item eodem cap. Pronomine eius, quem sensum sequitur Origen. & interpretatur Ambros. & Theopylactus: vnuſqnis que tamē in suo sensu. Item illud, Omnibus, qui sunt Romę, & non Omnibus, qui estis Romę, &c. Non enim barbarismū facit in eodem sermonis contextu, de persona transire in personā, modo pro diuersitate appositarū personarū congrua aptentur supposita: & si hoc barbarism⁹ est, barbarus fuit Cicero, Plinius, & omnis bonus Autor. Omnibus enim id commune est, vt per tertiam personam, faciant Epistolæ inscriptionēt cuius tamē exordium à secunda potius suum⁹, vt Plinius Tacito suo salutem disiderat. Item eodem cap. Cui seruio, in spiritu meo, meliusquām dicere, Quē colo, in spiritu meo: quia inferiores ctiā coluntur à superioribus, seruire tamē in inferiori b⁹ et subiectis, cōpetit erga superiorēs, quales erga Deū nos sumus. Et nobiscū legit Ambros. & Orig. & certè August. quēst. 86. super Exod. latriā,

H 4 dicit,

Assertionis vulgatæ.

dicit, interpretari seruitutem, Latine, sed eam, quæ ad religionem pertinet, & lib. de Ciuitate Dei. io. cap. i. Item illud, In voluntate Dei veniendi ad vos. &c. Quidquid alij dicant, nostra est melior lectio, cui fouet Ambros. & Orige. Item eodem, cap. Iii voluntate Dei, melius quam qui vertunt, volente Deo; in voluntate enim Dei (quæ ad modum Orige, interpretatur) valet, ex voluntate Dei. Multa autem Deo volente fieri dicuntur, quæ tamen in voluntate Dei non fiunt, quia non ex voluntate, nam in voluntate & ex voluntate Dei non fiunt nisi illa, quæ Deo sunt placita, quorum ipse instigator est. Solemus tamen communis loquendi consuetudine dicere, Deo volente, fieri quæcumque vbi cunq; locorum, quomodo cunq; frant, etiam & illa, quæ tantum ab ipso permittuntur: nā Deo nolentenihil potest fieri, sed eo volente, fiunt quæcumquæ fiunt. Ita Titelmanus ibi. Item eodē, cap. Vt aliquid impatiat vobis gratiæ spiritualis, melius hoc, quām quod legit Erasmus, qui verit, donum, loco gratiæ, Ita legit Ambros. sicut nos. Modestior enim loquendi forma est, persubstantium cum genitivo, dicendo, aliquid gratiæ, quemadmodum aliquid pecuniæ, quam per adiectivum cum substantivo eiusdem casus, dicēdo,

pars secunda.

61

do, aliquam gratiam, aliquam pecuniam. Dixit tamen, Aliquem fructum habeam in vobis, quia hic, magnificentiori conueniebat ut sermonis forma, in propria siquidem laude, modestiorem debet esse loquentis sermonem, in aliena, profusoriem, magisquam liberum. Item illud, Virtus enim Dei est, quidam mauult dicere, potestas, quam, virtus, sed melius nostra lectio: prima quidem facie videntur tria: hæc vnum significare, potentia, virtus, & potestas, verum si penitus introspicamus, inueniemus magnam inter se habere distantiam. Ut verò (veluti ad oculū) contueamur, quantū inter hæc tria intersit, faciamus esse puerū Regē, cui assignemus Ducem exercitus magnæ virtutis virum, exercitumquæ robustissimum, & quoniam puer est, libertatem illi negemus, constituiamusquæ tutores, & gubernatores, quorum consilijs gubernetur, in quorum manu, cuncta sint regni negotia. Videte puerū Regem, in quo potentia, videte ducem illum, & cui præst exercitum in quo virtus, videte tutores, quibus conuenit potestas. Quid si Rex idem, ipse magnus Princeps, fortis robore, vir magni consilij per se & exercitū ducat, & regna gubernet? Nihil dubitandum, quim secundum rē eidem conueniant si mul

Assertionis vulgatae.

mal omnia, alia tamen ratione, potentia illi attribuitur, alia, virtus, alia potestas, at vocum significations, sola rationis diuersitas variare solet. Quia in re, mihi persuadeo (inquit Franciscus Titelmanus) Ecclesiasticum Interpretem adeo Græci Latinique idiomatis fuisse peritum, & utriusque lingue proprietatem tam habuisse perspectam, ut nesciam siquid illi deesse potuerit, quod in vero Interpretate debeat desiderari. Neq; verò id in hoc uno tantum loco, sed in singulis etiam vocū apicibus mihi videor videre. Fortissimā autem existimet quis, hāc distinctionem in proposito, nihil referre sive potentia, sive virtus dicatur: sed certè hęc immutatio vocum, multam sententię Paulinę demit maiestatem. Potentia siquidem ad saluandum credentes, Deo soli est attribuēda, ipsum verò Euāgelium est virtus quędam in salutē, quia omnipotens Deus per Euāgelium saluos facit credentes, quod eximius ille inter Gr̄corū Theologos Ioannē Damascenus, cap. 12. lib. de fide orthodoxa asserit. Et potestas saluandi in hominis arbitrio, atque voluntate, est posita, quoniam in manu mea est, si velim saluari, aut non saluari: unusquisque enim potestatem habet salutis suę. Ceterū nemo sine hęcesi dicet habere hominē

po-

pars secunda.

62

potentiam saluandi, quę solus est Dei, aut habere virutem saluandi, quę est in Christo, & in Euāgeliō, Per fidem ipsius. Hanc verò proprietatem, & vocabulorum & rei, confundit qui dixerit, Euāgeliū Dei, aut potentiam esse ad saluandum, aut potestatē. Nam Paul. dixit, Virtus enim Dei est in salutem. Evidem nō dubito, quin hęc omnia multō habuerit vetus Interpretes sublimius, et cognita, & intellecta, qui Pauli mentem optimē calluit. Sentite ergo de eo in bonitate, quem Deus (haud dubiē) Spiritu suo sancto magnificè illustrauit. Nec mirari debemus si hęc tam alta rudibus proposuit Romanis, quoniam & sapientes inter eos erant & magnę intelligentiae viri. Hoc enim tota clamat Epistola, quę est omnium penitus difficillima, Interpretem ergo magni estimemus, quem Deus magnis dotabit. Illa quoquę lectio. Iustus ex fide vivit, magis probanda est, quam illa quę dicit vivet, per futurum. Nam ita legit Ambrosi. & etiam Hieronym. in Comment. Epistol. ad Galat. libi. 2. & Cyprian. sermone. 4. de mortalitate Tertullianus, libi. 5. aduersus Marcionem, August. & Sedulius. Item illud, à creatura mundi melius,

Assertionis vulgatæ.

melius, quam à creatione mundi. Ita Origen; & Ambros. & Bernardus vir in scripturarum meditationib^o exercitatiissimus sermone. §. super Cāt. Simile est illud. Euanuerūt in cogitationib^o suis, & nō frustrati sunt, sicut legit Erasmus, quia magna diuersitas est inter frustri sunt, & euaneunt. Ponamus prudentem & diligentem agricolum, qui iacto in terram semine agris bene preparatis, querit multiplicem fructum, & tamen non consequitur: nemo hunc dubitat dicere frustum, quoniam finem, quem diligenter quæsierat, debit is adhibit is medijs, non est consequutus: nemo tamen hunc bonum (licet infelicem) agricolam audebit dicere vanum. Et si quis ex agricolis, volens percipere fructum ē terra non arata, si super ipsam superficiem iaciat semen, aut simile aliquid agat, quod suo fini non tantum non profit, sed etiam ex directo officiat, illum quisquis viderit, factum esse vanum dicet. Non statim fit vanus quisquis frustratur & nō fru strantur omnes, qui vanē agunt: frustra enim fit, quod fine non consequitur ad quē ordinatur, vanē autē, quod ad nullū debitū fine ordinatur. Beatus August. in lib. de Spiritu, & litera. Ca. 12. hūc

paris secunda.

63

hūc locum nobiscum legit. Item illud, Dicentes enim se esse sapientes. &c. hic obijcit Erasmus, si nihil licet immutare in arcans literis, cur hic Interpretus ausus est Gr̄cam sermonis figuram, Latinam reddere? Sed Titelmanus respondet, quantū cōmodē fieri potest, Interpretus bonus reddere debet ut Gr̄ccē legitur, sic ubi nō poterit, cogatur quē secundum Latinę linguę rationēm à Gr̄ca sermonis forma discedere, nēcessē habet, vt quam proximē accedat, nihilq; adjiciat nisi quod ad sensum Autoris cōmode accipiendum, adjici est necessarium, quod autem hic modo dicitur Gr̄ccē sine pronomīcē est, Dicentes esse sapientes, sed Latini nō intelligerent, nisi adiecto pronomine reciproco, sc. vt habet nostra Vulgata, & plainer est sententia nostri Interpretis, quām quod vertit Erasmus, Qui cū putarent se sapientes, Māius enim est dicere, atq; iactare se sapientem, quā credere. Nēmo enim se audet ex animo sapientē dicere, profiteri atq; iactare, qui nō sapientē opinionem sibi primum persuaserit. Contra autem sunt complures, qui se credunt et existimant sapientes, non iactant tamen neq; dicunt, quorum stultitia, hoc ipso est priorum stultitia inferior atque tolerabilior. Gentilium ergo Philosophorū stultitia

Assertionis vulgatæ.

titia aggrauatur apud veterem Interpretem, qui non solum opinionē sibi sapientię, intra se persuas serunt, verum etiam eādem aūsi fuerint iactare, at quē profiteri dicentes, se esse sapientes: ita ut suam sapientiam, buccis concrépantibus inter homines, ventilare auderent. Ita Diuus Augustus legit Interpretaur, & Orige. Interpretatur, iactantes, quod in idem recidit. Item illud eiusdem capit. Tradidit illos Deus in desideria. &c. Hęc Vulgata lectio est melior, quicquid Eras. vertat. Nam Orig. nostraelectionis intelligentiā aperte sequitur, & Hierony. ca. i. super Ecclesias. In idem est August. lib. 5 aduersus Iulianū. Hoc idem Ambros. Item. Illud in passiones signominis. &c. Laurētius ait, passiones non probè dici Latinè, & Erasmus dicit esse vocabulum nouum atq; fictitium, sed certes sancti & veriusti Ecclesie Doctores, Hieron. Cypria. Ambros. Aug. atq; Gregor. nō raro in academi vtuntur significatione, & Philosophi non inclegantes vñ conspiciuntur, & exacti vocum narratores inter bene Latina enumerāt. Credo inquit fuit aliquando vocabulum, sic enim fuerit suis temporibus omnia noua. Ceterū si quis dicat Hieronymo non placere passionis vocabulū in hac significatione, id ego ita accipēdum puto,

non

pars secunda.

64

non quasi vox barbara sit & inepta, sed quia minus forsitan apud seculi illius Autores & Poetas usitata. Nec benē vertitur pro passione, morbis. Sunt n. morbi plures, passiones tamen non recte dicuntur, vt infidelitatis erronea credulitas. Nec benē vertitur pro passione, cupiditas. Sunt enim passionū plures species, inter quas cupiditas vñ tantum locum habet. Interpretis autem officium est, genus per genus reddere, et specie per specie, genus autem per suam speciem, aut id quod communius est, per id quod minus communē est, nō licet teste Titelmano, nisi sensus doceat alterum pro altero positum. Nequę sancti patres hunc locum adducētes, morbos, aut cupiditates vsq; àm, aut affectus legunt, sed passiones dēm illud, in re probum sensū, aliqui vertunt, vt Erasmus, in re probam mentem. Melius tamen vertit noster Interpretis, si altiori consideratione perpendas: quamnam mentem reproba dici (etiam in pessimis hominibus) non videtur plenā habere omnino veritatem. Forte enim mēs reproba fieri nequit (vt dicit Titelmanus) spiritus nāq; etiā in prauissimis qui busq; hominib; cōcupiscit aduersus carnis corporū sensualē appetitu. Et quāvis caro prēualeat prauis adiuta cōsuetudinibus, non videtur tamē spiri-

Assertionis vulgatæ.

spiritus ipse, qui est in homine supremū fieri posse reprobis; sed manet sēper deprecās ad optimā. Mens enim est in homine ad imaginē Dei creata, in qua parte Synderesis manet, reuocās a malo, et stimulans ad bonum; quanquam rectam habere potest intelligentiam, si dicamus mentem reprobam; Vnde Beatus August. modo, reprobam mentem legit, modo, sensum reprobum, yelut inter ea discrimen non ponens intelligentiæ, sed nobiscum legūt, in reprobū sensum. Beatus martyris Irēneus aduersus h̄eres, lib. 4. ca. 48. Beatus Hylarius in expositione Ps. 51. Et Diuus Hierony. non uno in loco, et nota quod multo grauius est, in sensum tradire probum, quam in improbum, in reprobum enim, non nisi obfirmatis in sua malitia videtur competere. Non enim omnem cum qui improbabili habet mentem statim reprobum dicimus, sed quia ita abiectus est, ut nulla videatur spes salutis eius: sicut Saul fuit reprobatus a Domino, quem ad regni Dominiū, quoniam proiectus fuit a possessione eius, nec quā amplius resumendus. Et ita artifices reprobasse videtur lapidem illum angularēm, factus est tamen postea in caput anguli. Aliquando tamen ordinū Gr̄ecis codicibus non respōdet illi, quies in Vulgatis Latinis, vt est vide-

re

pars secunda.

65

re hoc capite, cūm enumerat paulus illa vita, Repletos malitia. &c. Vbi nomen fornicationis apud Latinos tertio loco ponit, sed apud Gr̄ecos, secundo. Item illud, Deo odibiles, melius quām, Dei osores. Et Ambros. nobiscum legit & Bernar. super Cant. sermone. 24. Et Glossa ordinaria. Nam sunt multa loca, in quibus participia passiuā significationem habent nominum desinentium in, bile, Magnus Dominus, & laudabilis nimis, In Hebreo est, laudatus nimis, & Hebreis perpetuum est, ut quod nos per nomen in, bile, ipsi significant per participium passiuū. Et idem Gr̄ecē sēpē contingere docet noster Adams in Epistol. ad Gala. cap. 2. Titelmanus tamē dicit, vocem Gr̄ecam hoc loco anticipiter esse, nā significat, & qui Deum odit, & quē habet odio Deus. Et super illud, Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt. Laurentius. Erasmus, & Stapulen. aliter legunt, Sed Titelmanus dicit, olim apud Gr̄ecos alias fuisse lectionem, quam nunc Gr̄eca habent. Nam Doctores variè legunt. Vnde deprehendes Gr̄eca, varietate temporum, & variata & vitiata fuisse. Lege ibi Titelmanum, cui summopere displicet, erga Ecclesia sticum Interpretet, nimia libertas Erasmi & a-

I liorū,

Assertionis vulgatæ.

Ilorum, quasi verò vetus Interpres (cuius omnibus viris pijs, imo & toti Ecclesiæ grauis admodum est autoritas) tam fuerit infidelis, vt adicetis verbis, quæ sententiam penitus diuersam faciant, & quodammodo cōtrariā, illum arbitris. Pauli sententiam scienter peruertere. Fateor aliquando vtitur aliquantulum paraphrase libertate, sic necesse est cuilibet bonū Interpretē agere volēt, tametsi adjiciat aliquid, nunquā tamen id, unde penitus im mutet sententiam scripture. Si ergo hoc loco obijcias Gr̄corum Codicum eosel sum, ego tibi demōstrabo variasse olim Gr̄cos, itavit Orige, aliter legerit, quām nūc habent Gr̄ca exemplaria. Ceterū m̄ Latini Codices etiā vetustissimi, equè constanter & non minus concorditer, ita habent, vt vulgo legitur. Hęc Titianus & alia plura.

Caput. 18.



Q I D E M vereor, ne tādem nobis vergant in naueam si tā prolixia protrahamus super sequentiā b' colloquia, ac super. Epist. ad Roma. Quare super. 2. cap. &

super

pars secunda.

66

super alijs consilium mihi videtur, vt non vsq; adeo exacte singula discussiamus, nequè de minimis multum pertractemus, sed solū ea, quæ magis digna videbuntur. Sic sanè, & prolixitas vita bietur & ad optatum finem peruenietur facilitas. Illo ergo. 2. cap. super illud, In quo enim alterum iudicas, aliter legit Erasmus. Sed tamen nobiscū legit Orige. Hierony. maximē infine libri. 2. Cōmēta. in Ezech. & Theophylact⁹, Cyrillus quoque lib. 4. Commenta. in Ioann. capi. si. & Cyprian. libr. 3. ad Quirinum, & Beat. Augustin. lib. 3. contra Cresconium Grammaticum, capit. 17. & in Epistol. 162. Item illud, Thesaurizatib; &c. Miratur Erasmus, cur Interpres Gr̄cam vocem reliquerit. Sed certe miretur etiam, Hieronymum in veteri Instrumento vertendo, quem hęc vox delectat. Nequē verbū Gr̄cū offēdit magis aut potius quām nomē, thesaurus, & pr̄cipui Latinorum, vt vetus habet editio, sidenter legūt. Irēneus, Cyprianus, Hierony, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & certe tota vis verbī, thesaurizare, nō explicatur, per verbū colligis, ut certe Erasmus. Nō enim quodlibet colligere, thesaurizare est, nā qui sonde cōgregat, cōcīciat insimilū, colligūt in dubiis, sed nō ob hoc.

I 2 thesau

Adseritionis vulgaræ.

thesaurizare dicendi sunt. Similiter, qui recondit aut reponit aliquem numum vnum, qui casu offertur, nō thesaurizat. Thesaurizare enim duo in sua significatione includit, nempe collectione atquè coacerbationem, quæ particulatim fiat ad iectionem semper partis ad partem, & repositionem tutam, ut custodiatur infuturum. Lege Augusti in sermone super verbo illo. Psal. 49. Deus noster manifeste veniet. &c. Ita qui sunt duri, & impenitentes magno studio damnationem sibi coacerbant, tanquam thesaurum in nouissimo dica periendum. Item super illud, In die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. &c. Variat hoc loco Græcorum Codices, alijs adjacentibus conjunctione et diuidetibus reuelationem à iusto iudicio Dei, alijs vero non, Lege ibi Titelmanum, ut videas quam parum tucus sit, iam ad Græcanica exemplaria recursus. Et super illud eiusdem secundi capituli. Et incorruptionem, dubitat Erasmus, an incorruptio sit Latina vox, & est quidem, ut scripturarum simplicitati conuenit, & si Ciceronianæ eloquentiæ non sit adeo recepta, et nomina tamen hoc in loco Ambros. & ipse Latinus, nihil hanc vocem formidat in suum usum recipere, Interpres. Item Origen. citra controversiam vir &

Latii

pars secunda.

67

Latinè doctus & Græce proprietatis non ignorans, incorruptionem dicere nihil metuit. Item illud, Tribulatio & angustia, Erasm' vertit, Afflito, & anxietas, sed melior est nostra lectio: nam Orige. hoc in loco diligentissime interpretatur angustiam, ut opponatur latitudini cordis, quæ in sanctis hominibus est, & in qua Deus habitat, ponens hanc inter bonos & malos differentiam, quod sancti cordis habent latitudinem, in qua Deus non solum dicit se habitare, sed etiam inambulare. In peccatorum vero cordibus angustiae sunt, & ingreditur Diabolus, non ut habitat, nec ut inambulet, sed ut lateat tanquam in cauerna, hec vigilantissime annotat Origen. Illud etiam, de personarum acceptione (quicquid dicat Valla) apud Ecclesiasticos Doctores rectam habet significationem, & apud Latinè doctos, qualis est Ambros. qui hanc lectionem habet & interpretatur. Illud quoque, Factores legis iustificabuntur. &c. Melius est quam, legem ferentes, nam facere legem accipitur secundum scripturæ consuetudinem, pro implere legis ipsius precepta. Vnde Iacobus ait, Estote factores verbi, &c. Factorem verbi non illum dicit, qui verbum fert ac loquitur, sed qui verbum audi-

I 3 tum

Assertionis vulgatæ.

tū opere adimpler. Sic saluator distinguit Ioan. 7. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem. Nam aliud est secundum veritatem virum bonum agere, aliud virum bonum factis exprimere. Item illud, Cogitationū accusantium aut defendantium. &c. Hoc loco, ait Erasmus mirè dormitasse Interpretē, cum verso altero, genitio Gr̄co, in ablatiuū alterum Latinū reliquerit: et ait q̄ vertēdū erat, cogitationib⁹ accusantib⁹ aut etiā defendantib⁹. Interroga Erasme cōscientiā tuam & expēde in animo tuo, quo animo id latus es si eiusmodi in te quispiam, aut etiā multò leuiora, diceret, qualia modō tā fastuosē (quasi viator glorioſus) Ecclesiastico Interpreti & omnibus, qui illum defensa requerunt, exultando obiectas. Disce non facilē damnare Interpretē, qui versionem nostram, tam estudiōsē laborauit, ad imperium Damasi, qui tunc Ecclesiæ Papa præcerat; qui etiam pro hoc negotio confiendo, iejunia, orationes, & alias id genus disciplinas toti indixit Ecclesiæ. Quæ ergo tot lachrymarum & abstinentiarum afflictionibus sunt condita, noli contemnere, sed Interpretē & eius scripturam cura reuerearis. Nequé enim hoc in loco admittimus Interpretē

tem

pars secunda.

68

tem inexcusabilem barbarismum admississe, posset siquidem locus iste facile ab omni incommodo expediri, sola repetitione ablatiui, conscientia, ut ita legatur, Testimonium perhibente conscientia ipsorum, & conscientia cogitationum accusantium aut defendantium in illa die. &c. Quam repetitionem Gr̄ca lectio optimē etiam patitur, quamquam fatigor (inquit Titelmannus) Cyprianum, Hieronymum, & Ambrosium per ablatiuū legere, cogitationibus accusantibus, aut defendantibus. &c. Sed Beatus Augustinus. inuenitur hunc locum diuersis in locis diuersimodē adduxisse, modo per ablatiuū, idquè frequentius, non nunquam tamen & ingenitio, secundum morem veteris lectio-
nis, ut in expositione sermonis domini in monte, & tracta. Psal. 2. Et in Epistola ad Demetriadem, quæ inter Epistol. Augustin. 142. ponitur. Similiter & Beatus Gregorius modo per ablatiuū, modo per genitium inuenitur citasse, frequentius tamen per genitium. Nequé verō absurdum cuiquæ videatur, si dicamus conscientiam cogitationum, unusquisque enim suarum cogitationum est conscientius, et suarum cogitationum habet conscientiam, eodem modo

I 4 quo

Assertionis vulgatæ.

quo ceterorū. Hanc cónexionem, (ne quis putet meum esse cōmentum) sic apertè explicatam reperies in glossa, quam vocant, Ordinariā, cuius non debet esse nobis contemnēda autoritas, nisi doceatur manifestè contraria veritas. Itē super ilūd, Non enim qui in manifesto. &c. Notabis ex Titelmano, q̄ Paul⁹, Grēcē, trūcata habet orationes, quomodo Latin⁹ etiā Interpres ad verbū redidit, quemadmodū vetustiores quoqué locum istū frequenter adducunt, mihi autē videtur ei, qui velit exactū se, & bonum Interpretēm exhibere, consultū fore magis, vt quae in originali lectione cōpleta inuenierit, completa trāsterat, quae verō trūcata, sic etiā vt habet originalis lectio trūcata reddat, nisi fortē Latinę locutionis ratio, ad intelligentiā eius, quod dicitur capiēdā, alicuius particulę supplementū exprimi requirat, & nihilo difficiliores sūt hęorationes, apud veterem Interpretē in Latino, quām sint apud Paulum, in sermone Grēco. Plerūq; autē huiusmodi orationes truncatę, dū sic proferuntur, aut scribuntur, eo ipso multū habent vehementię, quę & defecūt eiusmodi solet efficere, quam originalis lectio vim atq; vehemētiā, lenit, ac mitigat, qui trūcata prēter necessitatē complet, nihil tamē du-

bium,

pars secunda. 69

hū, quin rudibus, paraphrasticē intelligētiā redideris clatiore, si qui forte vsq; adeō rudes inueniantur, vt per se orationē complere nequeant.

Caput. 19.



V P E R illud, quod habetur ad Roma. 3. Creditā sunt illis eloquia Dei. Erasmus vertit, Cōmissa sunt illis oracula, sed melior est nřa lectio, nā sonat aliquid amplius credita, quā cōmissa. Crēdere. n. alicui rē aliquā, videtur esse, cōmittere ei ad honore, cuius fidē habem⁹ iā probatā: cōmittere autē nihil tale in se includit. Ponatur heros duos habens seruos, alterius fidē habēs exploratam & testatam, huic credit officiū nō vt tentet, alterius verō fidē suspecta habens, vt exploret ad tēpus quomodo se gerat, et ideo ei alicuius administrationis officiū cōmitit. Hanc vocis emphasis obscurius quidem Theophylactus adnotauit, Ambrosius verō aliquāto etiam clarius & apertius. Et idē Ambrosius hoc pronōmē, illis, legit et interpretatur, et Orige. & habet tale relatiū, quod referat nēpē id quod in quaſione antecedit, frequens est enim in scripturis potissi-

Q. Assertionis vulgatæ.

potissimum relatio magis ad ré; quám ad nōmē, propter quam contingit nonnunquam, relatiū ab antecedēte discordare in genere, sic & hic modo, relatiū illis, in plurali poniūt: quanquām antecedens secundūm vocē positū fuisse in numero singulari, secundūm rē tamen nō erat illic de singulari aliquo. Iudicō sermo, sed in genere de omnibus. Quod tamē Eras. verit, oracula, nō ita p̄priè oracula, n. p̄priet̄ dicūtur respōsa, quę ab oīc Deorū pcedūt, nobis autē vnu est Deus, cuius eloquia recte dicuntur & nominātur, quę sunt siue legis, siue Prophetarū. Itē illud, hūc mūdū, bene legitur, cōstat, n. frequenter apud Gr̄cos, articulū rē certā designārē, aut etiā Emphati cē dēmōstrare id, cui additūr, Cuius significatię exprimēdē gratia, nō fuerit incongruū pronomē Latinū adiūcere. Itē illud, Egent gloria Dei. &c. Nihil dubiū est, quin verior & syncerior illa sit lection, quę gloriā habet. Nā s̄ Glōs, quā Ordinariā vocamus, & altera quę interlinearis est, nō aliud quam gloriā exponūt. Ita legit Origen. Theophyl. Ambros. Hierony. & August. & etiā Cyprian⁹ ad idē alludit. Quę lection nō prors⁹ cōdegnat alterā, quę graciā legit, quādoquidē habet et ipsa nōnullū antiquitatis patrocinū. Chro-

matius

pars secunda.

71

matius Romanus Pōtifex in opere, quod super. 5. et. 6. Matth. scripsit, eā probat: & Hierony. in Cōmentarijs, super Isaiā. lib. 6. & Augu. lib. 1. de peccatotum meritis, & remissione. Ex quibus apparet utriusq; lectionis concordia, nam siue gloriā legam⁹, siue gratiā, videtur in idē redire sentētiā. Per gratiam, n. Dei, ipse glorificatur in nobis. At quē nos indigere gloria Dei, nihil aliud est, quā eius indigere gratia, per quā ipse in nobis glorificetur. Ad modūm itaq; prudēter vir de scripturis diuinis, nō pessimē certe, nec male meritū Interpres nō indiligēs, nec incruditus, Nicolaus à Lyra, utrāq; lectionē vna expositione explicuit. Hęc latiūs, iiccircō ex maiorū sentētijs deduximus, vt discamus ad reprobanda vetera, (& si prima facie deprauata, vtcūq; videātur) nō esse faciles: nihilominus veriorem credo eam lectionem, quę gloriā habet. Item illud, Egent gloria Dei. &c. quę lection melior est, quam dicere, vt Erasmus, Omnes destituūtūr gloria Dei, Nemo enim donec in hoc mundo existit, gratia Dei destitutus, aut gloria, videri debet, destitutio enim magnū aliquid, in sua significatione includit, nēpē totalem derelictionem: carent quidem multi Dei gratia et gloria, sed nēmo, dum in hac vita agit desti-

Affectionis vulgatæ.

destitutus recte dici potest: quacunq; enim hora reuersus fuerit ad Dominum, gratiam inueniet: Quemadmodum obsessa ciuitas, & circundata subito potenti exercitu, quæ intra se præsidium sufficiens non habet, caret quidem & vacua est, & priuata auxilio, si tamen in proximo sit, qui illi opem ferat, destitui non dicetur. Ob hoc non mihi placet, vt quisquam Dei gratia destitutus dicatur, donec hanc vitam degit mortalem. Item illud, Quem proposuit Deus propitiatorem, &c. Alij vertunt, propitiationem, alijs propitiatorum, quod omne Christo conuenit, sed Graeca vox, quæ anceps est, variâ efficit apud Latinos lectionem, sed propitiatorem legit Ambrosi. Et super Leuiticu Orige. Et August. de peccatorum meritis, & remissione, cap. 27. & Theophylactus. Itē illud, Ad ostensionē iustitię eius. &c. Interpres, nūc eius, nunc suę, dixit: videtur, n. (ne nugatoria idem replicans sit Pauli oratio) his particulis diuersa intelligentia, vt aliud prior, aliud posterior respiciat, prior ad ipsam Dei iustitiam, qua ipse in se iustus est referatur, secunda autem ad iustitiam quæ adeo est in fidelibus, secundum quam fidelis, quisquis iustus dicitur. Notandum est (vt saepius monet Titelmanus

in

pars secunda.

71

in suis collationibus) q; Græca exemplaria inter se differunt, & quæ modo habentur ab ijs, quæ antiquitus habebatur dissident. Non ergo oportet modo concordiam Vulgatæ lectionis petere ab ijs, in quibus constat discordia. Et nota quod frequentius est in scriptura, temporum non haber rationem. Super. 4. cap. ad Roman. Reputatum est illi ad iustitiam, quidam hoc loco taxant puerile affectationem copię in veteri Interpretē, quia variavit Latina vocabula: euidem ut ingenuè fatetur, huiusmodi preter omne meritum, viri magni reprehensiones, ego tolerare non possum, circa offensionem, Credo nec ceteri, quibus erga patrum labores est bene ac piè affectus animus, nam Interpres, Latina vocabula temerē non mutauit, vt quibusdā in locis, reputare, alijs vero dicunt, imputare. Nam verbum, imputare ex sua proprietate in partem malam accipitur, quod, si militer non est de verbo, reputare. Vnde quęquis bene operatur, ea reputatur ei ad honorem, quæ autem mala sunt imputari solent ad ignominiam: Beatus vir cuj non imputauit Dominus peccatum. Nec secundum Latinę locutionis rationē recte dicitur fidem imputari Abrahę ad iustitiam, rectius intelligerem, si diceres infidelitatem imputa

Assertionis vulgatae.

putari ad iniustitiam & damnationem. Itē illud
cod.ca. Cui Deus accepto fert iustitiā. &c. Laurē
tius, Iacobus, Desiderius, omnes tres dicunt Latī
nē nō dici accepto ferre, sed acceptū ferre. Tamē
quānquam fuerint illi vocabulorū obseruatores, et
examinatores, apud Beatū Ambro. varijs in locis
cōpluris me legisse memini, & Beatus Augusti
libr. de peccatorū meritis, et remissione, ca. 27. et
Interpres non est putandus incongruū sermonē
fecisse. Fert enim Deus homini iustitiā accepto,
sive pro accepto: i. habet pro accepto, perinde qua
si sufficiēs et condignū accepisset pretiū pro iusti
ficatione: hominis. n. iustificatio per modū quen
dā est acceptilationis, fit. n. acceptilatio (quam dī
cūt Iurisconsulti) per interrogationē et respōsionē
inter debitorē et hominē, cui debitor est, et ita in
ter Deum et animā. Itē illud, Qui viuiscat mor
tuos, Alij vertunt, Qui vitę restituit, sed aliud est
viviscare, et aliud, vitę restituere, viviscat enim
Deus eum qui fuerat mortuus, vitę tamen eum
non restituit, qui vitā antea nūquā habuerit. Ne
q. n. infans in mātris vtero vitę restituitur, cūm
vitā Dei munere primū accipit, viviscatur tamen
Dei quibꝫ peccatoribꝫ (vt paganis, et idolatriis) in
telligitur, qui viviscat mortuos. &c. aptius quā
vitę

pars secunda.

72

vitę restituit. Item illud, Sic erit semē tuum, sicut
stellę celi. Hęc yltima verba dicūtur in Gręco nō
haberi, veruntamen cōstanter vetustissimi & La
tini Codices hāc particulam adjiciunt. Et nota q
sunt apud Gręcos nōnulla pr̄eterita, quę Latinis
aptius per pr̄esens redditur, vt est illud Pauli ad
Romā. 5. Per quēm habemus accessum. &c. Lege
Titelmanū in Collationibus. Et Interpreti veteri
sermonis mollities curę non fuit, quemadmodū
neq; primarijs scripturę Autoribus, & vt eloquē
tibus seculi, loquēdi forma nimiū fit aliquando
dura. Ea tamē est scripturarū simplicitas, vt quod
illorū magnificētię nō satisfaciat, ipsa nōnūquā
dignanter agnoscat. Illud quoq; capituli quinti
ad Romanos, Spes autē non cōfundit, vertit Eras
mus, Pudore afficit, quasi magis Latinū sit: Sed
omnis scripturarū cultor, atq; in eis vel sobriè ver
satus, intelliget, cōfundere, capi, pro, pude facere.
Ita legit Hierony. Et Ambros. ipse Latinus nihil
erabescit legere nobiscū, Spes nō confundit. &c.
Et in sermone. 15. super Psal. 118. & Beatus Augu.
Sufficit sāctorū Doctorū et benē Latinorū recte
corū more dixisse Interpretem, confundit. Itera
illud, Sicut per ynum hominem peccatum. &c.
Hunc locum mutauit Erasmus in hunc modū,

Quemad

Assertionis vulgatæ.

Quemadmodum, propter vnum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruersit; quaten' omnes peccauimus. &c. Sed noster Titelmanus duriusculé, & iustè, hoc loco tractat Erasmus. Nám amica veritas potissimum in dogmatibus fidei nihil dissimulare patitur. Ait ergo contra Erasmus. Videris mihi expensis diligenter singularis, & annotatis tuis, & veterum commentarijs, & Pauli verbis atq; sententijs, & sanctis Ecclesiæ dogmatibus, nō hoc in loco egisse ut amatorum decet Catholicæ veritatis, & zelatorem bonum Ecclesiasticæ unitatis, cui et Catholicæ fidei assertio, et scripturæ veritas sinceritasq;; Ecclesiasticorum dogmatum unitas, tuitio, atq; defensio, semper cordi & curæ esse debent. Nostiverò quemadmodū hoc apud Paul. loco, patres orthodoxi potissimum et præcipue vñi fuerint aduersus Pelagianorum detestandam heresim, expugnādam, extirpandam, atq; opprimendā, qui peccatum originale negantes, parvulos ob hoc negligebant baptizādos, quod nullo dicerent in Adam peccato commaculatos; Dicebant enim nemini ab Adam vñluti inesse peccatum, quod ablutione indigeret, nisi cum qui per imitationem, exemplum

pars secunda.

73

plum sequutus primi prævaricatoris patris Adæ se ipsum opere malo, & legis Dei per propriam actionē prævaricatione commaculauerit: aduersum hos molestissimos hæreticos validissimis certaminibus olim patres depugnantes, tandem prosperate Dei gratia euicerunt fœliciter, & nescio si vñlum scripture locum, hi pro sc, tā validū et apertum habuerint, quām hunc qui modo nobis est in manibus. Neq; verò Latini modo, hoc ex loco peccatum astruebant originis, sed etiam Græcorum orthodxi cōcorditer de peccato originali (illo q; solus admisit Adam, et vnum omnes in Adam posteros commaculauit) intelligendum putauerunt, si fides est adhibēda Beato Augusto, vt est certe, qui in sua contra Julianum Pelagianum disputatione, magnū eiusmodi vetustissimorum patrū numerum, honesta nomēclatura commemorat nominatim, Irēneum Lugdunensem Episcopum, Cyprianum martyrem, Reñitium ab Agustuduno Episcopum, Olymпum Hispanum, Gallum Hylariūm, Innocētiū Romanum, Ioannem Cōstātinopolitanū. Quorum licet verba prolixitatis gratia vitandæ non exprimat per singulos, illud tamen generaliter dicit quantum ad vniuersos, vnam else omnij

Katho.

Assertionis vulgatæ.

Catholicorum fidem, qui, per unum hominem peccatum intrasse in mundū, in quo omnes peccauerunt, uno corde credunt, & uno ore confitentur, & Pelagianoru[m] nouitias præsumptiones, quibus locum hunc aliter intelligere quarebat, de peccato scilicet imitationis, sua antiquitate subuertere. Et alibi, Omnes, inquit sanctus Augustinus, non solum occidentis, sed etiam orientis Episcopi, uno eodem modo credunt & confitentur, per unum hominem peccatum intrasse in mundū, et per peccatum morte, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt: qui modus hic est (inquit) ut peccato illius primi viuis hominis, omnes redantur obnoxij. Audis super hoc loco ex Augustino bonę fidei diligentissimo viro, patrum sententiam: Tu vero optimè Desideri huc locum aptasti, & tua versione ita præparasti, tuisq[ue] explanationibus ita explicasti, ut aduersus Pelagiū aut omnino nihil, aut minimum certè faciat & tot patrum sententia atq[ue] interpretatione relicta, eam conaris introducere, quæ tibi est peculiaris, & hereticis Pelagianis aduersari non possit. Cum enim Interpretes, huc locum propositum concorditer, ad peccatum originale referant, & de eo interpretetur, quo uno omnes in Adam co-

macu-

pars secunda.

74

måculati sumus, & peccatores facti antequām nati, cum adhuc essemus in lumbis protoparentis Adę, magis tamen illam tu eligis interpretationem, quę de peccato actuali, quod per imitationem est, vniuersum istum passum intelligit, quām sententiam in annotationibus quidem rectius, in paraphrasi autē manifestius aperuisti, dum hunc locum ita explanas. Quemadmodū per unum Adam, qui primus prætergressus est Dei præscriptum, peccatum irrepuit in mundum, peccatum autem mortem comitem secum traxit, atquę ita factum est, ut malum à Principe generis ortum, in vniuersam posteritatem dimanaret, dum nemo non imitatur primi parentis exemplū. Ita per unum Christum, in quo renascimur omnes, per fidem, innocentia inducta est, & innocentie comes vita. &c. Atque ita quidē locū propositum in paraphrasi, tu intelligendum, & explanationē dixisti. De peccato per imitationem non se condūmi originem, tot patrum sententia prætermissa: verū tamē tolerādū forsitan illud videatur, q[uod] sesū, quę putas ex verbis Pauli posse accipi, in priuato Cōmētario ostēderis, nemini præscribes, ut sic legeret, liberē permittēs suas interpretationes alijs. Illud vero mihi grauius, et vixylla ratio-

K 2

ne

Assertionis vulgaritæ.

netolerandū videtur, q̄ in editione hac noui Testamenti videaris ipsum tuæ editionis contextum magno artificio & subtilitate multa ita coaptasse, vt ex eo vnde solliciti sūt devinci, & cōfundi Pelagianorum errores, non ultra valeant coargui, si tuę editionis queant, subtilitatem comprehendere. In hoc enim proposito loco, diligent obseruatione tria mihi videor deprehēdisse, quę secundūm veterem lectionem, & Græci sermonis proprietatem, sententięq; veritatem, faciebat apertius aduersus Pelagianorum heresim, quę in tua editione sic sunt immutando mitigata, vt nihil, aut certè minimūm contra ipsos de cætero valeant, eaq; cōtra paulinę dictionis & Græcę lectionis proprietatem: ex tribus, primū est, quod illud, Per vnum hominem peccatum in mundū intravit, mutaueris dicendo, propter vnum hominem. Secundūm est, quod pro, pertransiit, mutasti, pervasit. Tertiū, quod illud, in quo omnes peccauerunt, dixisti, quatenus, Omitto quartum quod est, in personę commutatione, quoniam id quod Paulus habet sub tertia persona, peccauerunt, Hemarton, tu ponis in prima, dicendo, Quatenus omnes peccauimus, Quod, quo cōsilio feceris non plenē intelligo: Nisi quod pri-

ma

pars secunda.

75

mę personę elocutio melius videatur significare proprias actiones, ad quas tibi studiorū meūt, hunc locum torquere, quām persona tertia. De hoc tamē quia certum nihil pr̄ter suspicionem habeo, nihil definim⁹. De priorib⁹ autē tribus abs te immutatis, sigillatim nobis suo ordine venit dicendum. Quantum ad primum attinet, Pelagio ad versatur, quod dicit Paul. Per vnum hominem, peccatum in mundum intrasse, & per peccatum mortē, et ita mortem in omnes pertransisse; per illum vnum, in quo omnes peccauerunt. Nam, per pr̄positio proprię accepta causam veram significare solita, indicat ipsum Adam omnes suos posteros peccatores effecisse, & vniuersos de se nascituros, peccati & damnationis & mortis, reos per se ipsum effecisse. Id enim sonat, quod Paul. dicit, Per vnum hominem, peccatum in mundum intrasse, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines, mortem pertransisse, quasi peccato annexam. Hanc autem pr̄positionem, per commutare voluisti, pr̄positione Pelagianis minus aduersante, propter, dicendo, Propter vnum hominem peccatum in mundum intrasse, quod miti⁹ est pro Pelagio, quoniā frequenter solet particula, propter, occasione tantū significare et nō

K 3 veram

Assertionis vulgaritatem.

veram causam, quæ rem per se efficiat. Vnde & Pelagiani nobiscum fatetur, propter Adam peccatum, & mortem pertransire, in omnes homines, quoniam occasione Adām, fatentur etiam actualia peccata, quæ per imitationem quisquæ si bi propria superaddit, & a quibus est, mortis æternæ obligatio, prouenire. Ceterū per propria peccata vnumquemque dicunt, sibi morte consciere. Nos autem, qui rectam fidem tenuimus, confitemur non solum propter Adā peccatum, velut ex occasione, sed etiam per ipsum vnicum Adā peccatum, mortem in omnes pertransisse, qui de eo sunt nati, sic ut vnum illud parentis primi peccatum omnes posteros peccato & morti fecerit per se obnoxios. Atquè hæc quidem mutatio prepositionum, non solū in (vt iam declarauimus) cum iniuria sententiæ: verū etiā (vt modo ostēdemus) cū iniuria literæ facta. Tu Græca p̄prietate omissa, sententia, est immutata, veritate catholici dogmati suo patrocinio hac in parte destituta, dicens, propter vnu hominē. Apparet sanè parvā rem esse tantillā mutationē prepositionis, in prepositionē; per, in, propter: verū sit nō nunquam, vt viius literæ immutatio amplius perturbet Autoris intelligētiā, aut veritatis sýncretitatem.

rita.

Si pars secunda. 76

ritate, quā si decē nonūquā immutetur integræ vocabula illic, vbi veritas nō periclitatur, perditur, aut minuitur. Exageratur aduersus Interpretē, q̄ paraphrastica nōnūquā in uitatu libertate, quāquā id in eo rarissimè, et sobriissimè factū cōspiciā. Egoverō istā veritatis vnicā immutationē, cōtra Græce literæ veritatē, nō sine veritatis catholice immutationē, majoris estimo, quā si decē orationes Pauli, sententiæ integritate salua, verbis tantū immutasses. Audi vno ore omnes clamare, in quo Adā, omnes peccauerūt, et de peccato originali, nullo reclamāte, aptissimè interpretari. Proinde vehemens admiratio subito animū meū. Quis omniū patrum sententiæ aut interpretatione audieret relictis, tanto artificio, tātaq; subtilitate ingēni, conatus fueris Pauli sermonē Pelagianis, ita lenē redere, vt nihil illos mordere queat? Audis ex omni parte sanctorū patrū consonantia testimonia, contra falsum Pelagi dogma, viriliter procedere, et omnes cōcordi intentia p̄positū locū, de peccato originali interpretari: & tu interim quāsi surdus ad omnia, aliena loqueris, & si quis si aliquid agens, obsurdescis ad omnia, studiosè sollicitus, quemadmodum hūc locum in editione cuiusq; interpretationibus, & immutationibus

K 4 ita

Assertionis vulgatae.

ita componas, vt ab orthodoxorum patrum dissonet interpretationibus, & hominum hereticorum mitior fiat erroribus, propius sit nobis Deus. Mihi hæc res placere omnino non potest, nequè probari poterit vñquam, donec rationabilem super hoc, & congruam audire contingat expurgationem, quam tamen synceram omnino, & proflus integrum, non satis arbitror posse inueniri, propter quod dico tibi corā Dco, in veritate charitatis Dci et synceritate christiani pectoris, idquè liberè vt fratri & Domino mihi in Deo diligendo & venerando. Ego si Pelagianorum heresim iam olim sanctorum patrum laboribus & Dei gratia sopitam, velim data opera ac studio (vt fit hodie circa pluri mas olim damnatas heresies) resuscitare, nouisquè (vt ita dicam) Pelagiū resurgere, nihilquè optarem, atque tuam istam versionem, præ veteri receptam haberi, et autoritate firmatam, illam vñro veterem, ex qua hactenus aduersus Pelagianos cæterosq; hereticos, depugnarunt viri orthodoxi, solita autoritate dispoliatam & ab vsu omnium Latinorum penitus reiectam! Si enim me (iuxta hypothesisim) Pelagium factum, cæperint fideles propugnatores, ad veritatem catholici dogma-

pars secunda.

77

tis, ex loci huius propositi (quo vix arbitror, in vniuersa scriptura alium esse efficacorem) auctoritate cōpellere, ad tuam editionem versionem quæ configiens, spreta veteri facilē, euasero: nequè mihi nocebunt impugnantes, quicquid hac in parte obiecerint. Itaque magnam tibi gratiam (si resurgent) nihil dubito, habituri sunt Pelagiani, orthodoxis autem viris, & veteri fundatę fidei cultoribus, Credo non item tua ista in nouatio placere poterit, quæ nequè patrum sententijs, nequè Paulinæ consentit plenitudini. Tibi vñro multò magis videndum Desideri, ne plus satis erga damnatos hereticos, sis animi affectione propensus, publicisque Ecclesiæ hostibus metuendum est, ne nimium inueniatur benignus, in fauoribus. Quemadmodum enim summa est crudelitas, publicos ciuitatis aut patriæ hostes benignè alere atquè souere, & illorum partes tueri, qui rem publicam querunt op primere: ita summa crudelitas est illa, quæ videatur benignitas, quæ hereticis hominibus Reipublicæ Christianæ persecutoribus atquè subversoribus, patrocinij querit iuuamen impendere. Tibi itaque videndum, ne plus satis aduerseris orthodoxis patribus nimiumquæ Pelagianorum

Assertionis vulgatæ.

faucas errori, dum illis quidem quantum potes, gladium excutis é manibus, quo aduersus inimicos Christi & Ecclesiæ hactenus pugnauerunt, & tellum adimis, quo configi solent vineæ demolitores vulpeculæ: illis vero scutum porrigit, quo se tueantur, ne á celatoribus Christianæ Republicæ valeant feriri. Maiorem verò benignitatem & illis, & his impenideres si nec illis errorum impugnatoribus arma adimeres, nequé his falsi dogmatis defensoribus auxilium defensionis impéderes. Neq; enim maiori potest charitatis beneficio, hæreticus aut prauus quisquæ affici, quām si spiritualibus armis expugnatus dum nequit resistere, cædit sub manu ferientis. Quanto enim minus cædunt oppugnantiibus, quantoqué ad resistendum veritatis assertoribus se opponunt validius, tanto constat super illos aggrauari pondus æternæ damnationis, à quo tum detium absoluuntur maximo affectu beneficio, cum armis pertinaciae suè proiecetis, Christianæ fidei propugnatoribus se se submittentes, ad orthodoxæ patrum sententiæ reætitudinem, & catholicæ fidei unitatem, yelut compulsi redeunt: omnino beatitudine est necessitas, quæ ad meliora compellit. Evidem dete

Eras

pars secunda.

78

Erasme, sic sentire libenter volo, vt sine scripturarum violentia possis credere, quod Ecclesia credendum præcipit, nimirum qui te profiteris Ecclesiæ sanctæ subditum filium, quiquæ illius correctioni te soles libenter submittere. Veruntamen propter eos, qui duriori sunt ingenio, nequé ita facilè Catholicis dogmatibus fidem possunt adhibere, aut patrum definitionibus stare, nisi violentia quadam, aut rationis vtcunquæ demonstrantis, aut autoritatis vrgentis compellantur. Expedit omnino, vt quantum fieri potest, scripturarum autoritatem habeat Ecclesia, quarum firmitate semper in conuellendis damnandisquæ erroribus hactenus vti consuevit. Suntem inter fideles nonnullitam miti ingenio, vt citra ullius siue per rationem, siue per scripturam, necessitationis coactionem, libentissimè ac facillimè credant quæcunque ab Ecclesia credenda traduntur, protus nihil nequerationum, nequé autoritatum ex scripturis requirentes. Verum non omnibus ea est pietas affectio, imo verò sunt, quibus tam proterua est affectio, & tam serbile ingenium, & tanta cordis praui ingenita durities, vt non ve- lint, atqué etiam si vclint vtcunquæ, non tam plenè

Assertionis vulgatæ.

plene valeant credere, quod non vel rationis sui
deat probabilitas, vel nullius scripturæ firma prober
autoritas: ex his licet plerosq; videamus, ab Eccle
sia per dies singulos segregari, ac noua sibi con
singere dogmata pessima, nouasq; oppidatim sy
nagogas Iathanæ certatim erigere: habet tamen
& sancta Ecclesia intra se eiusmodi plurimos,
quos ut pia mater studiosè conseruās in imperfe
ctione sensus sui, & affectus duritia tolerat infir
mos, donec crescant, ut perficiantur in gratia
Dei. Horum scilicet gratia, sancti Doctores Ec
clesiæ, quærentes infirmioribus opportuna pro
uideri remedia, adnissi sunt vigilantisimo stu
dio, ut eorum quæ sunt fide tenenda (quan
tum possint) rationes aliquas redderent, si non
demonstrantes certè probabiles. & tales, qui
bus ut minimum suaderi posset, si non res ita
habere ut credimus, saltem rem ita posse habere,
neque esse impossibile, quod fides proponit at
qué hac nostra tempestate, liberum non est ratio
nibus vti, nec apud doctos quidem. Nam uni
uersali nomine omnis ratio quantumuis natu
ralis, & efficax, ab huius seculi hominibus, (qui
præter voces nihil recipiunt) statim ut sophys
ma, aut captio sophystica exploditur, Nequé
est

pars secunda.

79

est iam nullus ratiocinandi, neq; per demonstran
tia, neq; per probabiliter suadētia relictus locus.
Si itaq; tollitur etiam scripturarum, quæ pro hoc
dogmate solet confirmando adduci autoritas,
quæ te quid relinquitur Ecclesiæ, quo imperfe
ctos suos sustentet atq; intertineat? Faciamus iā
Pelagianos resurgere, & pristinum errorem po
namus studio prauorū reuocari, venient qui pro
Pelagio doceant, scribant & prædicent, audiant
simplices, audiant, & eruditæ, illi pro se rationes
fortissimas adducent, audiant etiam scripturas
falso intellectu depravatas pro erroneo dogma
te confirmingo adduci, nihil dubium quin his
quæ prius nihil addubitabant incipient vacilari,
et scipios habere suspectos, quod haec tenus illusi,
non rectè crediderint. Quo recurrent viri ortho
doxi, in quibus inest zelus domus Dei? Quæ erūt
eis ad resistendum pessimis hominibus arma? Si
ad patrum priscorum dogmata confugiant ne
gantur et illi sine verecundia, nisi quatenus ratio
ne, & autoritate scripturarum canonicarum sūt
corroborati: Omne igitur præsidium in vni est
Canonicis scripturis. Igitur quasi ad sacram an
choram pro salvandis parvulis, quos Medi sagit
tis suis, ut occidat persequuntur, ad scripturarum
san-

Assertionis vulgatæ.

sanctorum confugere oportet testimonia. Ad quæ autem nisi ad ea potissimum, quibus sancti Patres spiritu Dei edocti, in consimili pugnavi reperiuntur? Auertat à nobis magnus Dominus ne nostris aliquando expositib[us] sceleribus permittat præualere noua Commenta vetustissimis probatissimisqu[em] patrum sententijs, fundatis simam fidem nostram suo brachio seruet semper Deus, rectius fuisse tibi quæ consultius Erasme qui Ecclesiast[us] te subditū, & Ecclesiasticę fidei professione gloriaris, in omnibus, sanctorum Patriū simpliciter consonare sententijs, quam pro hereticorum omnium erroribus noua configere patrocinia, cum ipsis sibi: heu, abunde nimium sufficient, vt alieno auxilio nihil habeant opus. Hæc noster Titelmanus (prolixius quām retulimus) in Erasmus iactat. Tamē illa omnibus nō uatoribus mirè quadrant, qui vnoquoquæ verbo ad veritatem Hebraicam aut Græcam non verentur venditare, castigare se veterem Vulgatam nostram lectionem, Nihil enim tam optarim quā vt secundūm veritatem, ab omni malo, & mali specie, se quilibet hominum possit expurgare. Propitius mihi sit Domin' si aliud in corde meo lateat, quam ore proferam, tantū abest vt cui-

quām

pars secunda.

60

quām ego molliar villam calumniā, vt nec velim quidem nequé optem, etiam si omniū hominū pace salua, omniumquæ calculo possim & valeā. Quid enim, nunquid non est in cælis Deus, qui prospicit de excelso super filios hominum? Vtiquæ respiciunt terram oculi eius, & omnem qui machinatur proximo suo malū, ipse arguet in iuditio, & omnem fraudulentum non sine impunitum abire insinem. Vos itaque lectores, viri optimi, precor, ne offendat nostri sermonis qualiscunquæ vehementia, secundūm Dei emulationem, quæcunquæ diximus, fiducialiter in Dei nomine sumus elocuti, sic sanè decet Christianos homines, vt amicorum verorum obiurationes equiori animo suscipiant, quam blāda adulatorum oscula, quæ sicut blanda, ita plerunque simul fraudelenta esse comprobantur, Sapientis testimonio, vt per noscamus nos metipso. At vanę simulatorum adulations, dum hominem supra se eleuant, & vento quodam suę vanitatis extollunt, grauissimos nonnunquam casus & miserandos lapsus adducunt.

Cap. 20.



LL V D Paul.ad Roma.6. Qui cunq; baptizati sumus in Christo Iesu. &c. Erasmus legit, in Christum Iesum, sed dic q; frequens est, ut quod Græcē dicitur per, in, præpositionem accusatiuo iunctam, Latinè transferatur per ablatium. Ita legit Origen. & Ambros. Damascenus quoq; eximius Græco corum Theologus, lib. 4. de fide Orthodo. cap. 10. Iræneus martyr, lib. 3. aduersus hæreses, cap. 17. Hicrony. in Epistol. ad Occeanum & Beatus August. varijs in locis, & Ambros. lib. 2. de pœnitentia. ca. 2. Item illud. Si enim complantati. &c. Hæc lectio magnam habet emphasis, quia omnis planta post hyemis mortem, resurrectionem veris expectat. Si ergo et nos in Christi morte co plantati sumus in hyeme presentis vitæ, etiam ad futurū ver inueniemur fructus iustitiae ex ipsius radice proferentes. Vide Origen. & Theophyl. & Ambros. & Tertullian. Item illud. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel. &c. Quidam autem in neutro genere legendum, mortuum

tuum, nō mortuus in masculino, credentes solœ cismum committi, sed certè vel teste Erasmo. Interpret̄ noster melius dixit, ut sit sensus, hoc ipsū quod mortuus est Christus, semel dūtaxat mortuus est, idquē peccato. Ambros. nobiscum legit Origenes etiam, & Theophylactus, Cyrillus in Commentarijs super Ioannem, & August. lib. 6. contra Julianum, cap. 2. Igitur tales solœcismi letioni nostrę nō competitunt. Non enim suppositū verbi, mortuus est, esse debet, quod, sed Christus, quemadmodum ex patrum autoritate monstrauimus. Itē illud, Gratias autem Deo. &c. hi vertūt, gratia. Sed illud perpetuō obseruat Interpret̄ vetus, ut quod Græco sermone dicitur per singulare, gratia Deo, ipse vbiq; vertat per plura le dicendo, gratias Deo. Quemadmodum prius Epistolæ ad Corinthi. capi. 15. & secundq; ad Corinth. capit. 2. Nam Gentiles cū deos plus colerent, gratiam, in singulari numerō redde bant, vt est apud Terentium. Nos vero solius veri Dei, cultores, vni illi & soli Deo nostro omnes gratiarum actiones persoluimus, & plurali numero secundum Ecclesiasticam consuetudinem gratias agimus dicentes, Deo gratias, Quam loquendi formā Ecclesiastica consuetudine à pluri

L mis

Assertionis vulgaritæ.

mis seculis obseruatam, miror, etiam nunc, leui bus quibusdam hominibus in risum fieri. Dicā verō illi Dijs gratiam, & qui illos imitari Ethni cos malint, quam Ecclesię consuetudinem, illā sibi cantilenam habeant, nos vni Deo nostro canemus gratias, & dulcis est, eritquē cantilenā hæc veris Ecclesiæ amatoribus, donec præstabit in finem. Et qui hoc loco (gratias autem Deo quod fuistis servi peccati) conantur veteris Interpretis sermonem falsitate ineptum ostendere, eque contra Paulum Græcum, atque contra Interpretem Latinum procedunt. Item illud. Liberati a peccato, alij vertunt manu missi. Sed mihius habet nostra lectio, & germanior, Græcè, w probat ibi Titelman. Nam liberum fieri magis commune est, quam manumitti. Vnde non omnes qui liberi sunt manumittuntur, nam filii Israël a Deo liberati, non sunt manumissi, & potentia Dei, a peccato sumus liberati absque manumissione. Nam tota infernalium demonum turbæ reclamante, & murmurante, & non manumittente: ideo in hymno paschali canimus, Gemens infernus vululat, cum Rex ille fortissimus. &c. Item illud. Stipendia peccati mors alij vertunt auctoramenta: sed dum nouitatem,

pars secunda.

82

tem, & magnificentiam sectantur vocabulo rum, sententia veritas soliditasqué eos fugit, id quod frequenter euenire solet, nimirum, ut vmbram sectantibus excidant ea, quæ secundum veritatem tenebant. Ita explicat nostram lectio nem Origenes, cui consentit per omnia Theophylactus. Ita etiam legit Beatus Hieronym. lib. 2. Commentar. in Eccechiel. Augustin. quo quæ in suo Enchiridio. & inter Stipendum & auctoramentum, non modica est differentia, Stipendium enim est, quod ex debito persoluitur, quasi debitum militiæ præmium, auctoramen tum verō est, non quod ex debito & quasi pro meritis præmium persoluitur, sed quod ad obligandum donatur, nondum promerito. Vnde Stipendium ex debito persoluitur pro seruitute impensa, auctoramentum verō donatur, vt debitorum faciat obligetquē accipientem, ad exhibendum ministerium. Vnde mors, peccati auctoramentum non est, sed Stipendium. Si ita, quæ vetus Interpretis dixisset, mortem esse peccati auctoramentum non ita verē fuisse locutus. Vnde rectius dixeris, mortem esse auocamentum peccati, id est, a peccato, quam peccati esse auctoramentum. Auctoramentum enim

L 2 est

Assertionis vulgatæ.

est nō ad quod quis obligatur, seu quo quis obligatur ad aliud, per mortem autē nemo allicitur ad seruitutem diaboli, inīo mors sola est, quē quantum in se est, omnes ab illo pessimo peccati amore facit abhorre. Rectius igitur dixeris, oblectationes carnales diaboli auctoramenta esse, talibus enim donarijs ipse ad suam seruitutem miseros allicit & inescat, mors æterna & delectatio falsa, vtrāq; peccati merces est, illa quidem peccato debita, non proposita in desiderio, ideoq; stipendiū est nō auctoramentum: hęc verò menti proposita, solicitans & alliciens, non autem debita, ideo quē auctoramentum dicenda, non stipendium. Non ergo recta est versio, quē auctoramenta pro stipendijs cōmutauit, rectius immutatum seruat, quōd bene erat redditum, qua in re animali uertendū diligenter quanti periculi res sit, in scripturis tractandis superfluum verbogum ornatū querere, qui tam facile vel inaduententes à veritate abductos mittit in falsitatem. Vnde sepe arguitur Interpres vt ineptus veitens. Quod similiter inuenitur apud Paul. vt in illo super. cap. 7. Vt si tis vos alterius, ubi ponitur pronomen, vos, in ius expressione, emphasis magna notatur, & nō semper versio, quē esset elegantior dicenda est.

Etior

paris secunda.

83

Etior, vt docet Titelman. sup. cap. 8. Epistol. ad Rom. super illa verba. Liberauit me à lege peccati, Melius quām quod legit Erasmus, à iure peccati, et aliquando non oportet nimium inhāre restigis lectiois Græcę, quia variant Græca, tum inter se, tum à Latinis. Item illa lectio. 8. cap. ad Rom. Deus filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati, melior est quam ea, quæ legit, sub specie carnis: Nam aliud est sub specie, aliud sub similitudine. Vnde nemo negat Christū venire et exhiberi nobis quotidie in missæ sacrificio sub panis specie. Nemo tamen propriè asserit Christum exhiberi ibi in similitudine panis, et vini. Et nobiscum legunt et interpretantur ferē omnes doctores: et aliquando ambiguitas Græcę vocis ambiguam facit intelligentiam. Item illud. Quæ reuelabitur in nobis, melior est quām illa, quæ legit, Reuelabitur erga nos. Nā loquitur Pau. de gloria nostra qua erimus gloriis in nobis à Deo, quādo similes ei apparebimus: et clarum est, Græcis frequenter ponit præpositio nem cum accusatiuo, ubi tamen Latinè transferetur per ablatiuum, id quod passim est obuium diligenter sacras literas lectori. Solet etiam verbi replicatio, significare vehementiam, ve-

L 3 luti

Assertionis vulgatæ.

luti cum apud Prophetas legimus, Loquens loquitus sum, vel clamans clamaui, et similia. Nequé tam anxiè religiosa nobis esse debet nostri sermonis Latinitas, et non est necesse Interpretem omnem habere claritatem, imo credo Apostolum sic truncataim fecisse orationem, cuiusmodi facere solent, qui iram verbis prætendunt, ut exemplificat Titel manus noster super. 9. cap. Epistol. ad Roman. in illa verba. Quod si Deus volens ostendere iram. &c. Item illud ad Rom. 12. Quis credidit auditui nostro, frustra vertunt aliqui, quis credidit sermonis nostro, aut sermonibus nostris: credentes non esse Latinè dictum, sed Ambrosi legit et interpretatur, quod hic reprehenditur. Item Origene. Tertulian. lib. aduersus Paxeam. Hilarius lib. 5, de Trinitate. Hieronym. lib. 15. Commen. in Prophetam Isiam, in expositione capituli. 53. et August. tractatio. super Ioan. hi omnes aut plures, valde Latinii fuerunt, omni facundia prædicti, et non statim minus Latinum debet estimari quicquid apud Marcum Tullium non inuenitur. Item illud ad Roman. 12. Rationabile obsequium vestrum. &c. Erasmus et alij vertunt rationalem cultum, sed ut dicit ibi Titelma. Græca vox, logos, quod est

ratio,

pars secunda.

84

ratio, duplēcēm potest accipere significationem; primū in modo quo dicitur homo rationem habens, ita ut per rationale intelligatur homo, eo quod participet vitam rationalem; altero vero modo, logicon, ut sit illud, quod est rationi consonū, aut quod cū ratione agitur. Primo autem modo recti vertitū rationale quā rationabile. 2. vero recti rationabile videtur quā rationale vertendū, quāvis vero vtraq; videatur intelligētia p hoc loco posse tolerari, appareat tamē ex sententiæ cōmoditate, & ex sanctoru interpretū Græcorū atque Latinorum auctoritate, prior acceptio; non cquē atque posterior probanda, obsequium enim non dicetur rationale, quia non est rationis compos, sed ipse homo, qui impedit obsequium & cultum. Vnde artificiosa Erasmi annotatione plus videtur Titelmanno artificij continere, quam veritatis & rationis. Idem dicendum est in sestantibus verbum, benedicte, quod habetur ad Roman. 12. et in scriptura pluries. Nam quidam claritatem dictionis & ornatum sectantes, fugientes benedictionis visitatum scripturis Latinis vocabuluni, sententiæ veritatem, aut ut minimū plenitudinem perdunt, sicut qui reprehendit verba illa ad Roman. 13. Dei enim

L 4

mini-

Assertionis vulgatæ.

minister est tibi in bonum. &c. Quo loco incepit barbarismus obijcitur Interpreti, quod patet ex omnium interpretum Græcorum pariter atque Latinorum interpretationibus, atque adeo ex ipsa, quia non oportet dicere ministra, sed minister, nam potestas hoc in loco pro ipso Principe, aut pro iudice potestate habente accipi debet. Nec placet quod Erasmus tertio quoque verbo dicit, quod Interpres lasciuit affectationem copie: nam Græcum verbum aliquando emphasis habet, non facilē vnicā voce explicabilem. Vnde eandem vocem Græcam, non eadem semper Latina reddit Interpres, nec eodem modo, quia Græci participijs vtuntur pro verbis infinitis. Vnde multa Titelman. defendit in suis collationibus quę alij non sunt veriti impugnare, quia contra veritatem veterum doctorum non sunt ex Græcis mutanda Latina, ut neoterici quidam audent facere, inter quos unus est & singularis Cornelius Iamsenius, qui communę lectionem sepius mutat. Sed quod mihi audaciūs videtur est, quod ille ait, in Ecclesiastici, cap. 45. num. 33. in suis Commentarijs dicit, Interpres autem noster non satis est alsequutus sapientis nostri sensum. &c. Quę poteris apud illum legere:

pars secunda.

85

legere: tales sunt qui Latiné loqui cupiunt, & nō audent dicere mediatorem, vt bene notat eos noster Adamus in Epistola ad Galat. cap. 3. sicut verbum, mulier, quod non semper de corrupta dicitur, sed in Epistola, ad Galat. cap. 4. vocabulum sexus est, idem pollens quod fœmina, & idem in diuinis literis sepiissimè, quam locutionem dicit Augustin. esse hebraicum, & locutionem more Hebræorum, & adducit similem locum ex, cap. 2. Genesios. etiam vox illa ad Philip. cap. 1. in Diaconibus quibusdam, videtur barbarismus pro Diaconis: ea tamē voce nihil offensis sunt Damasus, Hieronym. & cæteri Ecclesiastici scriptores. Item Erasmus & alij eum sequentes in annotationibus admonet Græca exemplaria (ad Ephesi. capit. 1.) omittere præposicionem, in, & ad hunc modum legere, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus Christo. Verum Christosthom, legit & interpretatur in Christo, similiter Theophilactus & Æcumениus. Hieronym. quoque et Ambros. Quare emendandi nō sunt hoc loco Codices nostri ad fidē Græcorū, qui hodie in manibus habentur, cū tot insignes Interpretes, qui partim Græci fuerūt, partim Græcis usi sunt, nřam lectionē aperte

Assertionis vulgatae.

aperte proponant, ut per docte tradit hoc loco noster Adamus. Ex his quæ diximus poterit lector multa alia lustrare loca, quæ lectionis Vulgarum celatores defensionem. Nos tamen hæc paucula non animo quæquam lacescendi retulimus, sed veritatis indagandæ. Hæc n. atq; huiusmodi alia, sunt quibus veteris Interpretis præter omne fas, præter omne ius, præter omne meritum, derogatur auctoritati, si re esse precipitur, quib' est cura formæ diligua ad eloquitiæ, debere sermonem, ut fiat eloquenter, bisvenire ad limen, priusquam enunciatur, multò magis oportet eum, qui in publicum est eloquuturus, aut descripturus sermonem, qui sit in immortalitate verisimili existimatione transferendus, diligenter apud se se librare & expendere, ut honestus sit cloquiū, quod egressum fuerit de ore ei', aut effusus ē calamo: oportebat sanè tatorum patrum venerari consensum, vel tantitemporis antiquitatem illa in parte deferre, nequè enim existimandum est, haec tenus quicunque in templis versati sunt truncos aut caudices fuisse, ut impietatem contumeliam illius (si id contumelia fuisse) non potuissent aduertere, nequè tam fuisse inertes ut ab emendatione cesassent impietatis huius, si ipsi contumeliam agnouissent. Aliqui modo re-

rum

pars secunda.

86

rum nouarum cupidi, quibus antiquitatis amor & studium deperit, forsitan cum Atheniensibus (Actuum. 7.) ad nihil aliud vacantes, nisi ut aliquid semper audiant noui, & dum ista audiunt, creduli mox acquiescant, antiquitati insultantes. Sunt enim, qui scripturarum studiosi haberi volunt, verum eius studij fructum, post multos insumptos labores, post multa annotum spacia, vix ullum reportantes. Hi nimirus, qui nūquam aliud quicquam præter quam scire desiderantes, neque trascientes aliquando in affectum cordis, neque ex intellectis, in Dei amorem salubriter affici studentes, spiritu semper steriles permanent atque ieiuni, quorum intima, quoniam humorem salutatis deuotionis non habent, & sancti spiritus pinguedine sunt vacua, velut aranea contabescunt, vani facti in cogitationibus suis, dum iuxta causam Deo reuelata per scripturas sanctas, de eo agnoscant, diuinis affici negligunt amoris, quia affectu prorsus terreni sunt & animales, quibus non sapit nisi quod carnis est, qui terrena sapient, quorum erit gloria in confusione ipsorum, horum vero numerum, ut effugiamus, sed uero nobis curandus est, atq; super omnia indefesso orationis studio imploratus Deus, ut q̄ per nostram

Assertionis vulgatæ.

stram cœcitatē ac fragilitatē per nos iplos nō possumus, eius dono, ac munere, consequi valem⁹. Hactenus quę proximè diximus aurea sunt verba quę clarissimi ille Titel⁹ eloquitur Collatio. 4 dūper Epist. ad Roma. prope finē. Nos tamen libenter ea recitauimus, quia viſſa sunt valde conducere prō calce nostri tractatus, qui secūda pars Assertionis veteris Vulgatæ Latinæ editionis in scribitur, & sicut primō tractatu citra alicuius in uidiā aut maleuolētiā (quātum fieri potuit) cura uimus generatim instruere, quę pro Vulgata lectione ad mentē Tridētinę synodi militare videbātur, ita & hoc secundo tractatu, ea speciatim protulimus exempla, quę videntur quibusdam nō redolere lectionē Vulgatam. Probauimus tamen testimonijs, domesticis sanctorū Ecclesiæ, & sine recursu necessario ad originalia Græca, & Hebreæ, germanā loca illa cotinere lectionē, ne quę in hoc mihi soli credat Candidus lector, sed testimonijs quę ex sacerdotiis adduco tāquam testib⁹ præordinatis à Deo. Intelligas tandem Ecclesiā nō oportere ab extēris, & alicui petere quod ipsa intra suū cubiculum habet, in hoc enim iteruoſ nostræ industriae extendimus, & omnia quæ huc vñquè diximus, & si aliqua aliquando dicemus,

sub

pars secunda.

75

submissa protestam⁹ ex nūnc corre&tioni Romanæ Ecclesiæ, et moderatoribus ius dicentibus in ea. Nostrum ergo laborem Deus bené vertat & pius lector boni consulat, vt in omnibus honorificetur Deus, benedictus in secula. Amen.

Explicita est Assertionis Vulgatæ editionis, Pars secunda.

Yo e visto este libro, y a mi me parece contiene doctrina sana, y católica, y muy necesaria para estos tiempos, en los cuales algunos con gran temeridad osan reprehender la edición Vulgata, dada y aprobado por autentica en el Cōcilio Tridentino.

Fray Bartholomeo de Medina.

Lo mesmo q̄ aqui dice el padre maestro Meca, me parece ami.

Fray Domingo de Guzman.

Index Alphabeticus eorum, quę hoc in opere
principalius continentur.

A.

Augustinus Euguuinus non est omnino laudādus. fol.
38. & 42.

Antonius Nebrissensis sine ratione deserit Vulgatam.
fol. 50. & 52.

B.

Biblia Roberti merito fuit aliquando damnata. fol. 7.
& 8. & II.

C.

Caluinus impius est contra Vulgatā lectioñē. fo. 3. & 4.

Caietanus licentiosus est aliquando. fo. 36. & 52. & 53.

Codices Gręci non sunt semper imitandi. fol. 50. & 51.

E.

Erasmus impius contra Vulgatam. fo. 6. & 13. & 15.

Erasmus Pelagio fauet. fol. 76. & infra.

F.

Franciscus Ximenius laudatur. fol. 12.

Frāscus Sonius dāmnat p̄ouas editiones. fol. 13. et. 14.

Faber non semper placet. fol. 39. & 43. & alibi pluries.

H.

Hieronymus quomodo dicat Hebręos cōdices non es
se viatiatos. fol. 11. & 14.

Hierony. quoties transtulit Psalteriū. fol. 28. & 29. et. 30.

Hierony. laudat Septuaginta Interpretes. fol. 41. & 42.

I.

Iudei corruerunt scripturam. fol. 4. & 5. & 6.

Interpres Vulgatus non est facile dāminandus. fol. 56.

L.

Leçio Vulgata melior est. fol. 49. & alibi pluries.

Lindanus de Vulgata lectione nō benē sentit. fol. 1. et. 2.

Lau-

Laurentius Valla impius cōtra Vulgatam. fo. 8. & alibi
pluries.

Linguę Gręca & Hebręa nō sunt omnino inutiles. fol.
10. & 33. & 34.

Locus, Erit firmamentum. &c. exponitur. cap. 12.

Locus, Vel celte sculpantur in silice, defendit. cap. 13.

Locus, Non indoctas fabulas. &c. defendit. fol. 53.

Locus, Omnes quidem resurgemus, defendit. cap. 16.

Loca plura ex P̄alterio secūdūm Vulgatā, defendit.

Loca plura ex Euangeliō defenduntur secundūm lec-
tionem Vulgatam.

Loca plura Epistolę ad R̄em. & aliarum defenduntur.

M.

Mutatio vocum nō facilē est concedenda. fol. 21.

Mendacia librariorum aliquando sunt tolerāda. fol. 21.
& 22. & 23. & 24.

Mattheus qua lingua scripsit. fol. 40.

N.

Nominū et verborū nouę trāslationes valde nocēt. fo. 3

Nouitates sūt vitādē. fol. 15. & 16. & 17. & 20. & 25.

P.

Pagninus non placet. fol. 40.

Parisiensis facultas ponit censuram contra nouatores.
fol. 17. & 18. & 35.

R.

Rabinorum dicta non sunt magnificanda. fol. 9. & 12.

T.

Tiletanus ad Vulgatam non benē affectus. fol. 3.

Titelmanus ostēdit Gręca, nō fibi cōstate. fo. 65. et alibi

Titelmanus iuste reprehēdit Erasmus. fol. 72. & infra.

V.

Vatablus non est imitandus. fol. 12.